es de la libreria de el Collegio de la Compª. de
Santiago.

M-376

+ 1

Jus maria + +

Materia de attributis
divini Numinis, dictata
per Rdum ad modum patrem
Patrem Jacobum Peres vesper
tinae Cathedrae in Collegio divi
Hermenegildi Regis, et martiris
Lectorem meritissimum scripta
per me Gulielmum whoyte Collegii
Hybernorum Hispalensis alumnum,
anno domini 1660. — — —

92-11

Scolasticæ disputationes de diuina substancia, et Eius attributis ad primas Quæstiones primæ partis Angelici præceptoris sancti Thomæ Prælocutio

Diuinam Naturam, et Eius admirandas perfectiones pro Ingenij nostri, tenuitate nostris Auditoribus Explicare tentamus. magnus quidem ausus in supremi solis radios oculos defigere, et quidem Xsostomus homilia a de Incomprehensibili Dei natura insignem vocat temeritatem

pe Perez

possunt conico et speciali tractatu comprehendi, incipiamus, quo divinis auspicijs nostrarum disputationum texere illum.

Disput: 1a de Existia Dei;

Quaestio 1a, an, et quibus rationibus possit evidenter demonstrari Existia Dei,

Caput 1m

Potest Existia Dei evidenter demonstrari. —

Inquirimus, an Existia divini numinis sive Entis omnino in producti, ~~sive~~ et incausati, quod a se, et non ab alio sit, possimus per rationes, et discursus nostros naturales evidenter ostendere, in quo puncto senserunt, Petrus alliacensis, et alij, non posse huius rei confici evidenter demonstrationem. Communis tamen et verissima theologorum sententia affirmat posse divini Numinis Existiam rationibus, et discursu naturali evidenter demonstrari et contrariam sententiam alij theologorum haeretica, alij temeraria, alij parum tuta in

fide esse pronunciant.

Itinetur apperte hac ve-
ritas in sacra Scriptura: Sapientiae 13°
a magnitudine Speciei et Creaturae
Cognoscibiliter poterit Creator omniu
videri. actorū 14°. nō sine testimonio
se ipsū reliquit Deus benefaciens de Caelo; ad
~~rop~~ Romanos 1°. quod notū de Dei manifestū
est in illis, Deus enim illis manifestauit, Invisibi-
lia eū ipso a Creatura mundi per ea, quae
facta sunt, Intellecta Conspiciuntur, Sempiterna
quoq. Eius virtus, et diuinitas, ita ut sint in-
excusabiles. in qbus textibus maxime notanda
sunt illa verba, ~~quod~~ cognoscibliter videri
testimoniū manifestauit. Conspiciuntur, quae
proculdubio indicant Cognitionē Euidentē
Omitto alia testimonia.

Eadē veritas ab ecclesiae
Patribus satis frequenter inculcatur, audiatur
Geronimus Explicans verba diui Pauli ~~ad~~ iā
memorata tam Euidenter Intellecta sunt
ut Conspecta dicantur. Si igitur tā Euidenter
potest Intelligi Deus ex iis, quae facta sunt
ut Conspici dicatur, potest ex iis, quae facta sunt
Euidenter demonstrari. Augustinus Itē tractatu
2° in Joanē: Deus potest Inveniri Euidenter
per Creaturā.

unde nō sunt audiendi Pater Vasquez, et alij
asserentes verba illa Conspicio, et Video
quamlibet Intellectus naticiā etiā obscuram
scāre, quos optime Impugnat Pater Suarez
nā verba illa pro Cognitione Evidenti acci
piuntur, q̄do Ex subiecta materia nō limitātur,
ad quod confirmandū adducit plurimos Ecclesiae
Patres. iam q̄o demonstrationē pro Existia
Dei ostendenda Propognamus.

Omne Ens, quod in
cluditur in hac rerū omniū universitate, aut
d̄ productū, aut nō d̄ productū. si dicas omne
Ens huius rerū vrlitatis, sive totā Collectio
nū Entiū Esse Inproductā, manifeste falleris,
quū oculis ipsis videamus, in hac rerū uni
versitate aliqua esse Producta. praeterea
iā Concedis Ens inproductū, licet nō unum;
si dicas omne Ens inclusū in hac rerū univer
sitate esse Productū, ut inquiro, an sit produc
tū ab aliquo Extra totā Eā Collectionē, aut
ab aliquo Contento intra totā Eā Collectionē.
si in dicas, Implicatoria dicis, quū praeter
Collectionē omniū Entiū nullū aliud Ens super
sit. rursus inquiro, an illud ab aliquo alio
Producatur, aut nō. si dixeris ab aliquo alio
Produci in Infinitū Procedetur, si vero dixe
ris illud esse omnino inproductū, habemus in=
tentū, nā hoc inproductū, a quo reliqua om=
nia Producuntur, appellamus Deū.

si vero dixeris totam Eam Collectionem esse productam ab aliquo Contento intra Eandem Collectionem, manifeste sequitur aliquid, quoad primum sui esse producere se ipsum quodque producit totam Collectionem, intra quam ipsum Continetur, aut saltem dari mutuam Causalitatem efficientem inter duplicem Entitatem illius Collectionis: atqui hoc utrumque penitus est Implicatorium; fatendum est ergo omnia, quae facta sunt fieri ab aliquo omnino improducto, et consequenter dari Deum, et quidem quamvis possit aliquid in se ipsum convertere suam actionem, ut se reproducat, vel conservet, ut aliqui cum Patre suaret probaliter defendunt, adhuc tamen quoad actionem, sive quoad primum esse nil posse dependere a se ipso, aut ab effectu a se producto tam certum est, ita quod oppositum, neque mente concipi possit.

Omissis aliquibus solutionibus, quas Atheistae confingunt ad Eludendum vim praecedentis discursus, et quae facile rejiciuntur ex principiis Philosophicis, solum refutandi sunt recurrentes ad infinitatem Causarum, et quidem Ea Infinitas Creaturarum, vel ita ponitur, ut omnes illae Creaturae simul actu existant, vel ita ponitur Ea Infinitas, ut non omnes sibi actualiter coexistant, sed ita quod ascendendo versus aeternitatem a parte ante una Causa praecesserit aliam, quin successive numerando possimus devenire ad aliquam Causam omnino improductam, et independentem.

Sive ergo Ea Infinitas ponatur, modo

sine 2° habet eandē vim propositū Argumentū.
nā si omnes illæ Causæ sine actu Coexistant
debent produci, vel ab aliquo Extra Collectio
nē illā infinitā, vel ab aliquo intra illā Collectio
nē Infinitā. si producantur ab aliquo Extra Collec
tionē illā Infinitā, quū illud debeat esse omnino
in productū, alioqui iterū instauraretur Argu
mentū factū, quincitur dari deū licet po
namus Collectionē Causarū actu Existentium
esse Impliciter, et Cathegorematice Infinitā. si
producantur ab aliquo intra Collectionē vel
dabitur mutua Causalitas, aut vna Cāa illa
rū producat se ipsā.

quod si Ea Infinitas
Causarū ponatur ea successione, ut simul se
nō producant, sed in infinito tempore a parte ante
vna Cāa præcedat aliā, nō nunquā. deve
niendo ad aliquā, quæ nō producatur ab alia
sic Argumentū Instituo. omnia Individua
illæ Collectionis distributive sunt sumpta
ab alio, quū nullū sit assignabile in tota
Collectione Individuū quod nō producatur
ab alio: quia tota Collectio est ab alio, quū
omnino Implicat omnia Individua Componētia
Collectionē esse ab alio, et totā Collectionē
nō esse ab alio, sicut Implicat omnia Indi
vidua Collectionis esse Viventia, et totam

Collectionē nō esse diuentē: qtur tota Collectio supponit dari aliquā Caā priorē se omnino inproductā, et independentē, quæ sit Deus.

Caput 2m

aliæ Demonstrationes proponūtur.

2a demonstratio sit, quæ desumitur ex necessitate et contingentia rerū, et intendit probare omnē rerū contingentiā destrui, si nō detur aliquod principiū æternū, necessariū in existendo, a nullo alio causatū, et in producendo liberū, et sic proponitur. in hoc vniverso videmus plures Entitates contingenter existere; sed hoc nō posset esse verū, nisi daretur aliquod principiū nariū in existendo, ab æterno existens et in æternū duraturū, et liberū in producendo: qtur datur eiusmodi principiū, et consequenter datur Deus, qa nomine Dei, nil aliud intelligimus. maior est euidens, et quā experientia quotidiana demonstrat. consequentia legitime infertur.

Probatur minor: si non daretur hoc ens nariū, sed omnes omnino Entitates essent contingentes, fieri posset, quod aliqdo nil essent, quū illud sit contingens, quod potest nō esse; sed si nil essent nō poterunt aliqdo esse, qa quod nil est nō incipit esse, nisi per aliquid, quod est: qtur nō possunt Entitates huius vniversi esse contingētes, nisi detur eiusmodi principiū necessariū, quod intendimus. confirmatur: possibili posito in esse

nullum sequitur inconveniens. supponamus quod omnia contingentia non esse, quod quidem possibile est, ergo, a quonam produci possint, nisi detur hoc principium narium in existendo, et liberum in producendo. unde fieret, quod non essent contingentia si a nulla causa produci possint.

hoc ens debere esse ab aeterno, et in aeternum duraturum. sic probatur, omnes entitates contingentes, quae incipiunt in tempore, potuerunt incipere in quovis alio tempore antecedenti ascendendo versus aeternitatem a parte ante, et in quovis alio tempore subsequenti, descendendo versus aeternitatem a parte post, igitur tam ascendendo per aeternitatem a parte ante, quam descendendo per aeternitatem a parte post, semper inveniemus aliquod principium liberum potens ea contingentia in quocunque tempore producere, et consequenter eiusmodi principium est ab aeterno, et in aeternum duraturum, ac proinde ex contingentia rerum bene deducitur existencia dei.

Confirmatur, et magis explicatur: si omnia omnino inciperent in tempore, et non daretur hoc ens aeternum quod intendimus, vel omnia inciperent nario vel contingenter, ut est evidens. non possunt nario incipere, tum quia non potest

nario incipere id, quod potest nō esse, imo aliquando non fuit: Itum etiam quia quod nario, absolute, et simpliciter est, semper, et ab aeterno est. nam rogo, cur nō inceperit immediate, ante illud instans, in quo dicis incipere; nā possunt incipere contingenter, quia quae contingenter incipiunt, supponunt aliquam causam in operando liberam virtute cuius ita producantur, ut potuerint non produci: ergo nisi detur huiusmodi principium aeternum, quod intendimus, nō possunt entia contingentia existere.

Forte dices posse dari aliquod ens, quod incipiat existere a se formaliter, in tali tempore, et nō antea. nā sicut bene intelligitur, quod ab aeterno existat ens a se formaliter, cur nō bene intelligi poterit, quod in tempore incipiat a se formaliter. = contra est, quia nulla potest assignari ratio, cur nō inceperit in quovis alio tempore antecedenti. nō ex parte aliorum entium, quia nulla est causa huius entis a se, et supponimus nullum aliud dari ens, nā nō ex parte ipsius temporis, quia hoc nil reale est, et quamvis hoc esset aliquid reale, quomodo ens nō dum existens potest cognoscere illud tempus advenisse, ut tandem se determinet, ut a se tunc incipiat existere. Unde ens nario et a se existens, eo ipso debet esse aeternum.

3a demonstratio ex mundi varietate, et e mirabili constitutione de promitur,

Quis Eñ nisi mentis inops, dicere potest mundialē machinā, in qua tot naturæ miracula splendent, casu fuisse dispositā, et sine Consilio gubernari, si Eñ parvas respublica neque per diem absq prudentia, et Consilio gubernatur, tanta rerū huius universi inter se correspondentia, tanta in effectibus cū varietate uniformitas, et in uniformitate varietas, unū aliquod numē, et supremū gubernatorē a quo omnia ita conservantur et producantur manifeste persuadent hoc argumentū late prosequti sunt Ecclesiæ Patres, imo, et ideo usus est Cicero libro de natura deorū, videatur Pater Hurtadus in sua metaphisica, multis eloquentiæ coloribus illud exornans.

4ª petitur ex scientia morali, nam lumine naturæ nobis mōtescit aliqua esse mala, et fugienda, et aliqua esse bona, et amplectenda, et consequter præmiū esse conferendū pro operibus virtuosis, et supplicium pro vitiosis; sed si de medio toleretur deus, necesse est, ut etiā auferantur præmia virtutū, et vitiorū supplicia: quæ est cæ = hæ demonstrationes quas attulimus ad dei existiā comprobandā sunt a posteriori, ut clarissimū est; poterat tamē in dubiū revocari, an possit a priori existia divini numinis comprobari. Communis Theologorum sentencia cui standū est, affirmat nō posse proprie a priori divini numinis existiā demonstrari.

ratio est, qa Existia rei alicuius nō potest demonstrari, nisi vel ipsa visa, et hæc nō appellatur demonstratio a priori, vel potest demonstrari ex visa Existia alicuius quod se habeat per modū effectus procedētis ab alio, et hæc nō est demonstratio a priori, sed a posteriori; quare quū demonstrationes huc usq. factæ desumantur ex Creaturis, tanq. ex effectibus procedentibus a nobilissima, et suprema Caā, recte diximus demonstrationē quā de Dei Existia consequi possumus, esse demonstrationē a posteriori. potest deinde Existia rei alicuius demonstrari ex Existia alicuius alterius, quod sit Caā, vel se habeat per modū Causæ, aut radicis respectu illius Existiæ, et hæc est demonstratio a priori. quū g° nil detur, quod sit Caā, neq. se habeat per modū Causæ, aut radicis ad divinā Existiā, quū divina Existia nō producatur, neq. inferatur ex essa divina prius existenti, et præsupposita, merito defendimus Existiā Dei nō posse a priori demonstrari.

Caput 3.m

aliquæ Obiectiones dissoluuntur.

Obijcies 1°; si esset Euidenter demonstrabilis Existia Dei, nō negaretur a pluribus, atqui negatur a pluribus: inter quos est stultus ille de quo Propheta regius psalmo 52° dixit insipiens in Corde suo nō est Deus. et in Colæbrasilicæ regionis nullā penitus noticiā Dei habebant ut certā multorū relatione constare videtur: ergo Existia Dei nō est ratione naturali Euidenter demonstrabilis. confirmatur: si possemus consequi Euidentē demonstrationē de Deo, iā haberemus noticiā de Deo clarā, contra divū Paulū asserentē

Videmus nunc per speculum in Enigmate. Item per vires naturae possemus consequi beatitudinem nostram, quae in clara Dei cognitione consistit.

Respondetur ad Argumentum negando maiorem: nam quamvis Eiusmodi veritas sit demonstrabilis, potest negari a pluribus, qui attentae demonstrationis principia considerare noluerunt, quae ut creaturae ducant in cognitionem Dei exigunt seriam meditationem, quae non statim in intuitu cognoscitur illa necessitas quam habent superioris causae, et cuiusdam gubernatoris, concilio, et prudentia praediti, per quem pulcherrima Mundi machina gubernetur, quam seriam meditationem potest despicere homo, dum densissimis peccatorum tenebris implicatur, et in temporalibus cupiditatibus inhiat, praesertim quum demonstrationes hae non sint ita claras, et faciles, ut proterius resilire non possit, semper tamen hoc provenit ex aliqua caecitate mentis nolentis considerare unius praemissarum vel illationis ut optime docet Pater Suarez.

Ad confirmationem: Respondetur non esse contra Divum Paulum concedere cognitionem evidentem habitam ex creaturis ex quibus potest evidenter solum cognosci, quod Deus sit, non vero quid sit. Unde in verbis relatis solum docuit nos non posse in hac vita evidenter cognoscere, quod sit Deus, non vero docuit non posse nos evidenter cognoscere Deum existere. Ex quo infertur quod cognitio evidens, quam in hac vita de divina existentia consequi possumus, non sit sufficiens ad

nos beatificandū, q.ª beatitudo nostra nō consistit in cognitione clara dei, quoad an est, sed in cognitione clara dei, quoad quid est, quā fatemur per vires naturæ nō posse comparari; unde merito divus Paulus dixit, nos modo videre per speculū.

Obiicies 2.º; principia demonstrationis debent esse naria, et natiū nō potest demonstrari per aliqd contingens; sed creaturæ sunt aliqd contingens, et deus est ens summe nariū: igitur existia dei nō potest ex creaturis demonstrari; Respondetur distingdo ma.: principia demonstrationis debent esse naria in existendo, neg.º ma.: debent esse naria quoad connectionē, et collationē supposita iā existia, concedo ma.: licet q.º creaturæ contingenter existant, adhuc tamē si contingenter existant, habent nariā connectionē cū deo, et consequenter possunt esse mediū, et principiū sufficientissimū ad divinā existiā cognoscendā.

Obiicies 3.º; aliquos Ecclesiæ Patres aperte docentes deū demonstrari nō posse. Clemens Alexandrinus ita aijt, deus quē quū demonstrari nō possit nō efficit scientiā; Dionisius de divinis nominibus, Capite 5.º inquit; forte id verū dicimus, nos deū nō ex ipsius natura cognoscere, id nempe ignotū est, omnēq. superat rationē et sensū. Et omissis alijs sufficiunt illa verba Psalmi 17, posuit tenebras latibulū suū. ad excludendā omnē demonstrationē, et scientiā de divina existia.

Pr.º hos Patres, et alios qui adduci possint, loqui de cognitione clara dei;

ut est in se, et quoad quid est, non vero, quoad an est. neque aliud intendit psalmista Regius. Obiicies 4°, ad probandum posse a priori dei Existentiam demonstrari, ex Essentia divina, sive ex ratione Entis a se, et necessarij, per Essentiam bene infertur Existentia, nam haec est legitima Argumentatio est Ens a se, et narium per effectus: ergo Existit. ut nos ipsi supra docebamus, ergo, potest a priori confici demonstratio divinae Existentiae. Item, quis non dicat hunc sillogismum continere demonstrationem a priori: quidquid est Ens infinite perfectum nario Existit; sed Deus est Ens infinite perfectum; ergo nario Existit. — Potest ergo a priori Existentia divina demonstrari, quum ratio infinitudinis inferat a priori Existentiam, ut sillogismo posito est manifestum.

Respondeo hanc non esse propriam demonstrationem a priori, et ideo consulto dixi non posse proprie a priori divinam Existentiam demonstrari; nam ratio Entis a se, et per Essentiam narij, sive Essentia divina propter excipi potest; 1° per conceptum quendam confusum, et communem non attingentem ipsam, ut Ens actuale, sed ab actuali Existentia praescindens hoc modo; Ens a se per Essentiam, et narium non repugnat qua ratione solet rei possibilitas explicari, et hoc modo, non potest Ens a se, et Essentia divina inferre, tanquam causa, et radix Existentiam actualem, non inferre tanquam causam est evidentissimum, quum neque Existentia divina; neque quodlibet aliud praedicatum divinum absolutum producatur;

non inferre tanquam radicem sic probatur; possibilitas rei non est radix suae Existentiae, nisi velimus ab uti terminis, ergo ex possibilitate

siue ex nõ repugnantia diuinæ essæ nõ recte probatur a priori Existia Dei, præsertim, quum nihil aliud ex parte Obti exprimit, qdo res ut possibilis concipitur, at qdo concipitur ut existens præterea, res qdo præcise concipitur ut possibilis, nõ concipitur ut habens Entitatem actualem; res autem quæ nõ concipitur ut habens Entitatem actualem, quomodo potest concipi ut radix alterius, quum ad conceptum radicis requiratur actuale aliqd esse, quod petat sibi adiungere aliud prædicatum.

2º modo potest concipi essa diuina ut Ens actuale, siue Existens, ut hoc modo probo diuinam essam, nõ posse esse radicem suæ Existentiæ. Illud nõ potest esse radix alterius, quod formalissime per illud alterum constituitur; sed essa diuina ut sit Ens actuale, et Existens per diuinam Existiam constituitur: ergo essa diuina, ut sit Ens actuale, et Existens nõ sit radix suæ Existiæ, et qdem hoc nõ sit radix Animalitatis, per quam in suo esse formalissime constituitur, sed tamen radix risibilitatis, quoniam sit extra suum formalissimum constitutiuum; quæ doctrina Quæstione sequenti magis declarabitur.

Quæstio 2ª an Existia claudatur in formalissimo conceptu essæ diuinæ, Caput 1º aliqua supponuntur, et sententiæ doctorum referuntur.

Supponendum sit 1º, dari realem identitatem inter essam diuinam, et eius Existiam, nam si in rebus Creatis eiusmodi identitas realis inter essam, et Existiam inuenitur, quanto magis in diuinis propter summam dei simplicitatem, ex qua prouenit, quod licet in Creatis essa, et Existia realiter distinguantur, ut volunt thomistæ, in diuinis realiter identificentur, quia id petit summa simplicitas diuina, sicut licet sapientia, et iusticia in Creaturis realiter distinguantur

inter se, et a subsistentia, in divinis tamen cum deo, et inter se realiter identificantur.

Supponendum est 2°, illud dici includi formalissime in alio, per quod illud aliud, in suo explicito, et formalissimo conceptu constituitur, qua ratione Animal dicitur includi in homine, quia est essentiale hominis praedicatum, per quod etiam in ratione, et conceptu hominis essentialiter constituitur, ex quo fit quod ablato animali, quamvis omnia alia maneant invariata tollatur homo, quia ablato eo per quod formalissime homo constituitur, sive quod includitur in formalissimo conceptu hominis, auferri hominem necesse est; inquirimus ergo, an sicut Animal includitur in formalissimo conceptu hominis, ita quod eo deficiente, quamvis omnia alia maneant invariata eo ipso deficiat homo, ita est existentia divina includatur includatur in formalissimo conceptu essentiae, ita ut si fingamus hypothesim, in qua pereat divina existentia, eo ipso perire divinam essentiam necessum sit.

Suppono 3°, non recte concludi unum praedicatum esse de formalissima constitutione alterius, ex eo quod hoc non possit existere sine illo. et constat evidenter in deo, quia homo non potest sine deo existere, et tamen deus non est de formalissimo constitutivo hominis; unde si fingamus hypothesim in qua auferatur deus, et omnia alia maneant invariata, non auferetur homo nam si homo tolleretur deficeret praedicatum essentiale hominis, quod supponimus nullum deficere, quod supponimus omnia alia invariata manere, quia ex hoc et hoc ex innumeris alijs exemplis manifestum est.

Ex quo suppono 4°, omnia illa Argumenta, quae ad probandam inclusionem Existiae in conceptu fralissimo divinae essae desumuntur ex eo quod essa divina non possit non existere, sit ens necessitatum ad existendum, et alia huiusmodi esse inefficacia meo Judicio, 1° quia essa divina non potest non esse subsistens tribus subsistentiis relativis, et ens est summe necessitatum ad subsistendum per illas, et tamen 3 subsistiae relativae non includuntur in fralissimo conceptu essae. non ergo bene colligitur, quod existia includatur in fralissimo conceptu essae, ex eo quod essa divina non possit non existere, sit ens summe necessitatum ad existendum, et ex aliis praedicatis huiusmodi.

2° quia eadem ratione, quia in Scriptura Deus nominatur existens, dicitur etiam omnipotens, et tamen omnipotentia non est de conceptu fralissimo essae iuxta sententiam doctorum, qui his et similibus Argumentis utuntur. solum ergo ex illis probatur, quod essa sine his praedicatis non possit existere, non vero fralissima inclusio, quam intendimus investigare, et quod quum aliud sit petere identitatem cum alio, et aliud fralissima inclusio, et constitutio, alia Argumenta quaerenda sunt ad probandam exigentiam identitatis unius praedicati cum alio, et ad probandam fralissimam inclusionem, et constitutionem.

Ex his positis, 1a sententia tuetur divinam existiam non esse de fralissimo conceptu essae, quia se habet, sicut attributa, et personalitates, quae supponunt essam constitutam, a qua tanquam a radice intelliguntur oriri. docuit hanc sententiam pater Vasquez. Como 1° in 1a parte

disputa: 24.ª Cap: 3.º, qui ideo afirmat existiã dici de essa dei, nõ q.ª nõ distinguntur ab essa ea ratione qua attributa ab eadẽ essa distinguntur, sed q.ª re ipsa, nõ potest nõ existere, sicut nõ potest nõ esse omnipotens, æterna etcæ. Eandẽ opinionẽ amplectitur pater Granada tractatu 2.º de attributis disp. 2.ª et alij Thomistæ. 2.ª sentẽcia est afirmativa, quã defendit pater Suarez libro 1.º de essa dei capite 2.º pater Arroball disp. 9.ª capite 3.º et alij communiter.

Caput 2.º

Afirmativa sentenciã eligimus.

1.ª Conclusio est. Essa divina actualis includit falissime existiã. Probatur conclusio, id per quod ens, seu essa essentialiter constituitur actualis et actualitas, ut et evidentissimũ, et actualitas et falter existia: ergo ens actuale seu essa constituitur actualia per existiã. Minor probatur, actualitas entis et id per quod ens ultimo constituitur actuale, sed per existiã ens ultimo constituitur actuale, ergo existia et actualitas entis; unde fit, quod essa divina nõ possit cognosci ut ens actuale sive ut essa actualis, quin dicat falissime existiã.

Confirmatur: 1.º Essa divina absolute talis, et faliter, et essentialiter ens, per suã entitatẽ secluso quocũq. alio; sed eo ipso, quod per suam

palissimā Entitatē sit Ens, secluso quocūq. alio & palissime
Existens per suā Entitatē: quia Essa divina in suo pali-
ssimo conceptu dicit Existiā ea ratione qua dicit esse
Ens absolute, et simpliciter tale. minor probatur, Essa
divina actualis nō intellecto quocūq. & aliquid: quia &
palissime Ens, nā esse Ens, et esse aliquid sunt termi-
ni convertibiles, minor probatur, esse absolute Ens et esse
aliquid & ~~ver~~ habere Entitatē, per neqt constitui habens
Entitatē seclusa Existia. quodqdē exista seclusa
re nihil &c: quia eo ipso quod per suā palissimā
Entitatē sit Ens, seclusa quocūq. alio, & palissime
Existens per suā Entitatē.

Prima 2°, Ens nō dū Existens nō &
simpliciter Ens, per tantū obiective, seu conditionate: quia
ad hoc ut intelligatur Ens simpliciter, et in actu debet in-
telligi Existens: quia ratio palis, Entis simpliciter, et
in actu, & ratio Existentis. et consequenter palissime
importat Ens in actu, et Existens, quia palissime importat
Essa actualis Existiā, ac proinde essa, quae paliter,
et in actu nō tantū esset, sed &, dicit palissime Existiā
quae nō tantū esset, sed &, quia essa quae & Ens simpliciter
et in actu, et Ens in actu neqt nō dicere palissime
Existiā.

hec ratio manifeste meo Judicio convincit intentū.
Pater tamē Suarez ad probandā Essā divinā dicere
palissime Existiā sic argumentatur. Implicat concipere
naturā divinā, ut potenciale, seu per modū Entis in
potia, sicut essa Creaturarū intelliguntur

qtur Essa divina, neq. ratione praescindi potest ab Existia
doctorij, q. aliud est concipere deum ut actu non existentem, et
aliud est concipere illum non repugnantem non concepta tamen
Existia actuali, neq. Carentia ipsius, sed praescindendo ab
utraq. nullum est inconveniens in eo, quod concipiatur deus prae-
scindens ab Existia actuali, et a negatione Existiae
actualis, hoc modo, si deus sit in verum natura, non
sequentur duo contradictoria; quando non possimus conci-
pere deum negando illi Existiam actualem.
neq. obstat, si dicas, eo
ipso, quod Essa divina concipiatur, concipiens a se, et ipse
sequentur per suam Essam Existens, ac proinde nunquam
cum veritate potest cognosci nisi ut Existens. Et quidem
quum semper ac concipitur deus, debeat concipi ens infinite
perfectum, et una illius perfectio sit Existia actualis
semper ac concipitur ~~deus~~, ~~concipitur deus~~ cum veri-
tate deus, debet concipi cum Existia actuali. hoc
nequaquam non obstat, nam aliud est, quod semper ac concipi-
tur cum veritate deus, debeat ex parte subiecti appre-
hendi Existia actualis, quum deus qui est subiectum, in-
volvat Existiam actualem, et aliud est, quod ea Existia
actualis affirmetur per quemcunq. actum, qui cum veritate
feratur circa deum.
1m est verum, et 2m falsum. nam de ente-
nario Existenti, et infinito cum veritate dicitur, quod sit non
repugnans, aut non involvens duo praedicata contradicto-
ria

quā veritatē, et nullā aliā poterit Intellectus Creatus attingere, per illū actū conditionatū, si Existat Ens variū, et infinitū nō sequitur praedicata contradictoria; in qua Enunciatione affertur quod Existentia actualis, per quā subiectū, quod est Deus constituitur, nō vero affirmatur Eiusmodi actualis Existentia et quod in eo, quod Creatus Intellectus unā veritatē, quae possit affirmare nō affirmet, sed solū apprehendat, nullū Inconveniens Invenio.

Ipsi notatis nostra 2a conclusio est, essa divina cognita ut nō repugnās, sive ut possibilis falsissime etiā dicit Existentiā nō repugnantē, et possibilē probatur Ea ratione, quā Ens concipitur ut Ens, debet concipi ut existens, sed essa divina per illū actū conditionatū, si Existat nō Involvit duo praedicta contradictoria concipitur ut Ens nō repugnans sive possibile: ergo essa divina cognita ut nō repugnans falsissime etiā dicit Existentiā; Maior probatur, Ens ut Ex ratione pro 1a conclusione iā constat, et est habens Entitatē et essa similiter est habens esse, et Entitatē: et esse aliquid sed habere esse, et Entitatē, et esse aliquid dicit falsissime Existentiā; ergo Ens Ea ratione, qua concipitur ut Ens debet concipi cū Existentia; minor est certa, et consequentia Legitima,

probatur 2o, Ens actuale, et possibile idē Important falsissime ex parte obiecti, sed essa divina actualis, dicit falsissime Existentiā: ergo essa divina concepta ut possibilis, et nō repugnans dicit falsissime Existentiā; Maior probatur, nulla Entitas est actu Existens absolute, et simpliciter, quae nō sit possibilis, et habuerit potentiā ad Existendū, et consequenter nulla Entitas

& actu Existens, quae nō includatur in Eadē Entitate, ut possibili, seu nulla fralitas & in Ente actu Existente quae fraliter per se ipsā nō sit possibilis. rursus nulla fralitas concipitur in Ente possibili, quae nō concipiatur Existens, qdo illud Ens Concipitur Existens. Unde neq. Ens possible dicit aliquā fralitatē quā nō dicat Existens, neq. fralitatē aliquā dicat Existens, quae in Eodē ut possibili nō cognoscatur: gtur actuale, et possible idē Importāt fralissime Ex pte Obli: minor iā pbata &, et consequentia & bona.

Caput 3

Aliquorū Argumentorū solutio

Argumentaberis 1, illa in diuinis ratione distinguntur adeqte cū fundamento in re, quae in Creatis distinguntur realter et adeqte, sed Existia, et essa in Creatis distinguntur realter et adeqte; gtur in diuinis Essa, et Existia ratione distinguntur adeqte cū fundamento in re, Maior Certa videtur, nā Ex Creaturis ascendimus ad diuinas pfectiones inuestigandas. minor pbatur, qa essa rei, & invariabilis, et naria, Existia vero variabilis, et contingens, Essa & aeternae veritatis, et indefectibilis, Existia vero in tempore, et defectibilis, et alia huius modi praedicata verificantur, quae realē, et adeqtā distinctionē videntur inducere.

Rr. Concedendo ma: et negdo mi: essa quippe, et Existia in Creatis realiter nō distinguntur ut Communiter a nostris doctoribus docetur in metaphisica, et Existiā etiā in Creatis esse de fralissimo Essae conceptu =

Probat Argu: huc usq factum; nam essa Creata prout distincta ab illo alio Praedicato, quod tu appellas Existiam, et per suam constitutionem formaliter Ens, et quum Ens dicatur ab essendo, seu Existendo, sequitur, quod per suam Entitatem, quovis alio praedicato secluso sit Existens. Ad probationem Minoris Respondemus in Eo omnino sensu, in quo essa Creata, et omnino invariabilis, et naria, existiam etiam esse invariabilem, et nariam, in sensu nimirum conditionato, et in Eodem sensu nimirum absoluto, in quo Existia est in tempore, et defectibilis, essa similiter est in tempore, et defectibilis.

Argumentaberis 2°, saltem in Creatis, essa, et Existia distinguuntur ratione ratiocinata, tanq. duo conceptus sese ad invicem excludentes: ergo similiter in divinis, Rs. negando Ant. nam si loquamur de ~~[illegible]~~ conceptu essae, prout ratione ratiocinata est alia formalitas a formalitate Existiae, quum per se ipsum sit Ens. Per se ipsum est Existens alia formalitate secluso, solum ergo distinguitur essa, et existia quatenus Eadem indivisibilis veritas obiectiva per diversos actus attingitur, conditionatum nimirum, et absolutum, et quatenus per actum illum conditionatum si Existeret attingimus, appellamus essam, et quatenus attingimus per actum absolutum Existit Existiam appellamus, semper tamen idem indivisibile obiectum attingendo, quam distinctionem poteris appellare rationis ratiocinantis.

Argumenta: 3°. quando non exceriatur vera, et realis productio inter unum et alium, sed solum per nostrum intellectum, una formalitas dicitur radix rei alterius, non est narium, quod illa ratio, quae praesupponitur, et est radix rei alterius, praesupponatur Existens ante aliam: ergo bene poterit essa esse ratio a priori, sive radix rei suae Existiae quamvis haec non praesupponatur Existens ante actualem Existiam, et consequenter Existia non erit de formalissimo conceptu essae, quam praesupponit. Ant. probatur, quia ut licet ut natura Creata sit radix aliarum Passionum, et proprietatum subsequentium debeat esse subsistens; ad ipsam vero subsistiam non praesupponitur subsistens, ita similiter essa

divina, quantumvis debeat supponi existens ut sit radix aliarum perfectionum subsequentium, non erit narium, quod supponatur existens ad ipsam existentiam, qua existens. Respondeo negando Ant., nario quippe debet essa praesupponi existens ad existentiam, ut sit radix rei existentiae, ut iam statutum est, nam quamvis non exerceatur vera productio supponitur tamen una perfectio ad aliam, tanquam verum ens, et consequenter tanquam existens ea ratione qua intellectivum supponitur ad intellectionem, et essa divina ad relationes; ad probationem antecedentis respondemus exemplum allatum nil juvare, nam quamvis res non supponatur subsistens ad ipsam subsistentiam, supponitur tamen existens, et tanquam verum ens, et cum tota virtute, quam potest habere ad subsistentiam; sin vero non supponatur, tanquam verum ens, et cum actuali virtute radicandi, non potest esse radix alterius perfectionis existentis.

Argumentum 4.° existentia est actualitas ideo perfectionis, quae ab eadem nominatur existens, sed illud quod actuatur non est de formalissimo conceptu actuanti; ergo existentia actuans non est de formalissimo conceptu essae, quae actuatur; Respondeo negando mi.; nam licet actualitas significetur tanquam a forma actuanti, contendimus tamen, quod ea forma in formalissimo conceptu actuanti involvatur, quin actuatum per se ipsum non excludit esse ens, imo illud formalissime involvit, et consequenter actuatum est existens, non quidem per formam, quae sit extra conceptum actuantem, sicut existentia ipsa denominatur existens, non quidem per formam, quae sit extra ipsam existentiam;

Argu. 5.° deus non solum est existentia in abstracto, sed aliam existens in concreto; sed non potest esse existens in concreto, nisi detur subtum, seu quasi subtum, et forma, seu quasi forma huius denominationis, ~~et existentia ipsa quae sit forma denominans~~ ergo in divinis dantur duo conceptus sese excludentes, nimirum essa divina, quae sit subtum, seu

seu qsi subtu huius denominationis, et Existia ipsa, quae sit forma denominationis Existentis, confirmatur: in divinis dantur duo conceptus sese ad invicem Excludentes, quorum sit Intellectivum, et alius Intellectio actualis, Ex eo quod Deus sit non solum Intellectio in abstracto, sed etiam Intelligens in Concreto: ergo similiter in nostro Casu, et quidem facile percipitur, quod Existia sit perfectio quaedam Extra aliam, quae per illam Existit, si semel admittatur Intellectionem esse perfectionem quandam Extra conceptum Intellectivi.

Dr. 1o. saepe nos eandem omnino Indivisibilem perfectionem, etiam ratione nostra, significare, iam per modum concreti iam per modum abstracti, ut videmus in his nominibus Ens, et Entitas et consequenter non bene Colligitur, Ex eo quod iam significetur in concreto, iam in abstracto dari duos illos conceptus sese ad invicem Excludentes. Dr. 2o, nullum apparere inconveniens in eo, quod Deus in concreto dicatur Existens a forma, quae in conceptu formalissimo Dei aferatur, sicut homo dicitur Animal a forma, quae in formalissimo esse hominis Involvitur, confirmatio nil urget, nam neque Intellectivum, neque Intellectio per Intellectivum, per Intellectionem constituitur, neque Intellectio per Intellectivum formalissime constituitur.

Caput 4m non nulla Colliguntur Ex Dictis.

Colligitur 1o falsissimam esse sententiam illorum, ut qui tuentur ut testatur Pater Granado, Essentiam divinam Existere per trium relationum Existias, quum essentia divina ante relationes Intelligatur verum Ens simpliciter, et in actu, et consequenter per propriam Existiam Existens, et tamen falsa et Eiusmodi sententia, ut Crediderim Authores illos non

nō intellexisse per Existiā id, quod nos in praesenti scimus, sed solū conceptū, et perfectionē subsistiae, ac proinde solū voluisse essā divinā nō esse subsistentē ante relationes, quia nullā agnoscebat subsistenciā absolutā, per quā praesupposita ad relationes essa divina subsisteret, ut probabilis opinio fert.

Colligitur 2° falsā etiā esse sentenciā illorū, Thomistarū asserentiū humanitatē Xpi domini existere per Existiā divini verbi: probatur. humanitas Xpi domini habet suā realter entitatē distinctā ab entitate divini verbi, quia per illā est existens. Consequentia probatur ex dictis, quia entitas, eo ipso quod sit entitas, dicit in suo falissimo conceptu Existiā, et quidē quū esse absolute, et simpliciter ens, et existens, et convertantur; sicut implicat illā humanitatē esse absolute, et simpliciter ens, per divinū verbū, ita implicat esse absolute, et simpliciter existens per Existiā divini verbi: neq. obstat si dicas illā humanitatē, et existere per propriā Existiā, et per Existiā divini verbi, quia sicut nō constituitur ens simpliciter, et in actu per divinū verbū, ita nullomodo est existens per Existiā verbi divini.

Colligitur 3° in deo praeter Existiā absolutā quae est comunis 3bus divinis personis, ut est propria divinae Existiae dari tres Existias relativas correspondentes tribus divinis personalitatibus, ita Scotus disp. 11ª Quaest. 2ª Pater Suarez, in 3ª parte tomo 1° disp. 2ª, et hic Libro 3° C. 9°. probatur; in deo sunt 3 res et entitates inter se realiter distinctae; sed nō potest multiplicari res, et entitas, quin multiplicetur Existia; ergo in divina Existia multiplicantur; maior est certa dari in divinis tres personas inter se realiter distinctas.

1 quaderno

Minor probatur, quia res, et Entitas fralissime dicunt Existiam; Ex quo vide
bis patre montoya, et ma: in albis reduxisse Quaestionem ad solas voces,
dum dicunt Existiam iam esse usurpatam pro Existia naturae, non vero
pro Existia modi, licet modus re ipsa suam propriam Existiam haberet
neque melius iudicat Da: vasquez ad id negandum.

Colligitur 4° quaslibet
perfectiones divinas, si per conceptum adaequatum percipiantur fraliter dicere
propriam Existiam, distinctam fraliter ab Existia alterius perfectionis,
ratio est, nam quaelibet perfectio divina, prout fraliter ab alia condis
tincta est esse ulter Existens; confirmatur, quaelibet perfectio divina
prout fraliter ab alia condistincta, dicit esse aliquid, id non potest
dicere esse aliquid, nisi dicat aliquam Entitatem, et consequenter Existiam,
quatur quaelibet fraliter dicit Entitatem propriae Lineae, et Existiam
ad propriam Lineam spectantem, Ex his omnibus facile colligitur
ratio, cur sit nobis notum, quod Deus Existat, non autem sit notum,
Quid sit Deus, nam quum Ens, et Existens convertantur, optime
scire possumus aliquod Obtum esse Ens, absolute, et simpliciter,
non tamen sciamus quale Ens sit; ut Experientia ipsa determi
nat; similiter in nostro Casu notissimum est Existere Deum, quia no
tissimum est Deum esse Ens absolute, et simpliciter, condistinctum a nihilo
et adhuc valde obscurum est, per quid Enimodi Ens condistinctum
a nihilo, et in suis praedicatis non repugnans constituatur.

Qualiter quo attingi
potest Obtum aliquod, prout ab alijs condistinctum: 1° quasi in actu
signato; Enunciandi et ipsum ab alijs condistingui, qua
ratione Enuntiatur in hac propositione homo
distinguitur ab Equo; 2° quasi in actu Exercito,
Explicando nimirum praedicatum, quod cum
homine conveniat; non tamen Equo, qua
ratione dicitur in hac propositione

homo & rationalis; sic nil deficit
quo nō dicendū & ab aliquo meo
rū sociorū quod propter negligen
tiā, desidiā, aut contemptū doctrinae
neglexi adimplere hoc albū, quia
decentius videtur in conspectu omni
ū spectatorū habere aliquid
in eo scriptū, quā quod suspi
carer ab aliquo dereliquisse
aliquid ex mei necessarij ad
finē boni seduli, et accurati
Theologi consequendū, quo iā
nil amplius restat nec scriben
dū, nec dictandū nisi gratia
deo optimo maximo diuaeque
virgini dei parae mariae amē

Existere Deum, quia notissimum est Deum Ens esse absolute, et
simpliciter condistinctum a nihilo, et adhuc valde obscu-
rum est per quid Eius modi Ens condistinctum a nihilo, et
in suis praedicatis non repugnans constituatur.

Dupliciter quod attingi
potest obiectum aliquod prout ab aliis condistinctum. 1° quasi
in actu signato, enuntiando, et ipsum ab aliis condistin-
gui, qua ratione enuntiatur in hac propositione
homo distinguitur ab Equo. 2° quasi in actu exercito,
explicando nimirum praedicatum, quod, cum homine
conveniat, non tamen Equis, qua ratione dicitur in
hac propositione, homo est rationalis. quamvis quod 1° modo
sit nobis notissimum dari in Deo praedicata, quibus ab
aliis Entibus distinguatur, non tamen 2° modo, quia non
recte cognoscimus, et in particulari praedicata
divina.

Colligitur 5° ratio, cur Enti simpliciter, et in
actu existenti, et Enti possibili, et in potencia,
sit conceptus quidam communis, quamvis Ens simpliciter,
et in actu, absolute, et simpliciter sit aliquid, et Ens possi-
bile, et in potencia, absolute, et simpliciter sit nihil. Pro
cuius intelligentia sciendum est Ens in potencia
significare duo, in recto subiectum quod dicitur Ens;
in obliquo vero negationem essendi. Ens quod in potia
dum scatur, in recto est ipsum Ens existens, nam illud,
quod intellectus tunc concipit, est illud ipsissimum, quod in
sensu absoluto ponitur, et consequenter conceptus ide com-
unis

qui conuenit Enti Existenti, conuenit etiam Enti in potia, et possibili: obliquum vero illud quod affert Ens possibile, et in potia, non habet conceptum communem cum Ente Existenti, quia homini, et Carentiae hominis non datur conceptus communis in ratione Entis.

Colligitur 6. inclusionem hanc Existentis in conceptu formalissimo diuinae Essentiae debere esse in conceptu Essentiae adaequate sumptae, nam quum Essa adaequate sumpta prout Essa Dei est, includat Ens, et Ens et Existens conuertantur non est mirum, quod Essa adaequate sumpta includat esse Existens, an autem perfectiones diuinae possint per conceptus nostros formales inadaequatos, et confusos ita praescindi, ut formaliter non dicant esse Ens et Existens, in sequenti quaestione iam decido quae multum pendet ex dictis in Logica, et Metaphysica, et quae omnino recolenda sunt ad Intelligentiam huius difficultatis.

Quaestio 3.a

An perfectiones diuinae possint per conceptus nostros formales, et inadaequatos praescindi ab Ente, et Existenti,

Caput 1.m

Explicatis terminis resoluitur difficultas.

Varijs conceptibus possunt a nobis attingi diuinae

perfectiones. v. g. Intellectuum, volitivum, omnipotentia
et aliae. 1°, conceptu adaequato, et quidditativo sui obti,
qui rursus potest esse adaequatus, adaequatione reali, vel
adaequatione tantum formali. conceptus adaequatus adaequatione
reali tendens circa Intellectivum. v. g. et ille,
qui formaliter penetrat quidquid est Intellectivum a parte rei,
et quum Intellectivum a parte rei sit volitivum, omnipotentia
et aliae divinae perfectiones, quae cum ipso realiter
identificantur, non concipitur adaequate Intellectivum
adaequatione reali, quoadusque omnes Eiusmodi per-
fectiones expressae, et explicitae concipiantur, nam
adaequate non potest Intellectivum concipi adaequatione
reali, nisi cognoscatur id, quod est realiter Intellectivum;
conceptus adaequatus adaequatione
formali est ille, qui licet formaliter, et explicite non pene-
tret quidquid est Intellectivum a parte rei, formaliter ta-
men, et explicite penetrat quidquid perfectionis est intra
Lineam Intellectivi. quum non exhauriatur per
illum conceptum quidquid est intra Lineam et perfectionem
Intellectivi, recte dicitur Eiusmodi conceptus ad-
aequatus adaequatione formali, licet non exhauriat
quidquid est intra Lineam et perfectionem volitivi et
aliarum perfectionum divinarum, saepius contingit quod
conceptus adaequatus adaequatione formali, non sit adaequatus
adaequatione reali, non tamen contingere potest, quod

quod conceptus adaequatus adaequatione reali, non sit adaequatus adaequatione formali. 2° potest contingere quamlibet divinam perfectionem concipi conceptu inadaequato inadaequatione formali qui in mirum non penetret expresse quidquid perfectionis sit in intellectivo, et intra suam lineam. multipliciter autem potest conceptus esse hoc modo inadaequatus. 1° si conceptus sit ita confusus, ut perfectionem divinam ita confundat, cum aliis similibus, quae reperiantur in creaturis, ut ex vi illius una ab alia non discernatur, qui conceptus valde obscurus, et diminutus est, 2° si conceptus noster sit clarior, et explicet in praedicato divino aliquam perfectionem Dei propriam, et formaliter imparticipabilem a creaturis, non tamen explicet totam illius praedicati perfectionem, quam habet formaliter intra suam lineam, v. g. antequam concipiatur intellectivum, tanquam virtus infinita, potens comprehendere omnia cognoscibilia potest concipi ut virtus substantialis, et increata, et ratione unius tantum obti, et angeli, quoad praedicatum virtus increata proprium est Dei, et imparticipabile a creaturis.

Hijs expositis, asserendum nobis est, quamlibet perfectionem divinam posse termi-

nare

conceptum nostrum formalem ita confusum, et inadaequatum, ut ex vi illius non percipiatur tanquam verum Ens, et Existens, probatur conclusio, et claritatis gratia loquamur de Intellectivo. Intellectivum in Linea Intellectivi dicit virtutem potentem attingere omnia Cognoscibilia, et insuper non repugnantia ad Existendum. Sed potest per conceptus nostros formales, et inadaequatos attingi, ut virtus potens comprehendere omnia Cognoscibilia quin attingatur, ut non repugnans ad Existendum: ergo Intellectivum potest attingi sub una consideratione, quin attingatur sub alia, sed eo ipso iam per conceptus nostros formales, et inadaequatos praescinditur Intellectivum a ratione Entis, et Existentis: ergo potest ita contingere ut praescindatur Intellectivum a ratione Entis, et Existentis.

Confirm: et magis Explicatur ratio praecedens; quotiescunque ratio superior et Explicabilis in Ordine ad aliquod connotatum, in Ordine ad quod non Explicatur per rationem Inferiorem, ratio superior non clauditur formaliter in Inferiori, ut in Logica, et in metaphysica abunde a nobis probatum est, sed ratio Entis, et Existentis concipitur in Ordine ad aliquod connotatum, in ordine ad quod non concipitur ratio differentialis, nempe Intellectivum: ergo ratio Entis et Existentis non includitur formalissime in conceptu Intellectivi, per conceptus

nostros fratres, et inadaequatos considerati: mi probatur, et
Ens et ratio superior cum omnium perfectionum divinarum
explicatur in ordine ad non repugnantiam ad existen-
dum, et intellectivum, in ordine ad intellectionem:
si haec sunt connotata diversa: ergo ratio Entis
et Existentis explicatur in ordine ad connotatum,
in ordine ad quod non concipitur ratio differentialis
et e contra. Probatur 2°, Intellectivum aliquid addit
supra Ens, quum Ens intellectivum plus dicat
quam solum Ens. Unde Ens intellectivum et aliquid
~~quam~~ ratione nostra compositum, ex Ente, et ratione illa
peculiari, quam addit intellectivum supra Ens: si ratio
Entis ~~potest per conceptus nostros~~ + nil debet
fratres, et inadaequatos cognosci, potest per conceptus nostros
illa peculiaris, quum transcendentia Entis in differentiis, quam
ponunt adversarii, non tollat, quod Ens possit conci-
pi sine differentiis: ergo ratio illa peculiaris intellectivi
poterit per conceptus nostros fratres, et inadaequatos cognosci
sine ~~ratione~~ ratione Entis, et Existentis. Confirmatur:
saepe loquimur de Ente corporeo indivisibili, de spiritu
divisibili, de unione hypostatica Verbi, cum ~~[illegible]~~
natura irrationali et de aliis formis tam substantialibus
quam accidentalibus, tam absolutis, quam modalibus, ~~[illegible]~~
Eis tribuendo aliqua praedicata abstrahendo ab eo, quod
repugnent, vel non repugnent: ergo haec differentia Entis non
explicant fraliter rationem Entis, et Existentis.
Statim dices: quaelibet perfectio
divina potest per conceptus nostros fratres, et inadaequatos
praescindi ab Ente, et existenti: ergo etiam Essentia ipsa
divina poterit per conceptus nostros fratres, et inadaequatos

praescindi ab Ente, et Existenti, quod est contra doctrinam a nobis
statutam; quid enim aliud habet essentia divina, quam quaelibet alia
perfectio, ut haec possit ab Ente, et Existenti praescindi, non
vero divina essentia, Respondeo essentiam divinam, etiam formaliter, et per
conceptus nostros non posse praescindi ab Ente, eo ipso quod ut
essentia vera rei concipiatur, nam non potest concipi ut essentia
vera rei, quin concipiatur, ut non involvens contradictionem
in Existendo, quae essentia, quae quae Eiusmodi contradictionem
involvit, non est vera essentia, et si non concipiatur tanquam
non involvens Eiusmodi contradictionem, nondum ut vera
Entis realis essentia concipitur, et consequenter non potest ab
Ente, et Existenti praescindi, si prout essentia vera est ade
quatione formali concipiatur: quaelibet autem perfectio divina
non concipitur per quemcunque conceptum inadaequatum, et confusum
tanquam propria Dei essentia, et tanquam non repugnans in Exis
tendo, quia non quilibet conceptus est adaequatus etiam ade
quatione formali.

Caput 2m;

Difficultatibus insurgentibus satisfacit.

Insurgens 1o. quaelibet perfectio divina etiam formaliter
per conceptum illum inadaequatum praecisa ab Ente, et
Existenti habet suam essentiam relucentem in conceptu illo
formali: ergo habet suam Existentiam, quandoquidem essentia dici
tur ab Ente, et Existenti, et consequenter nunquam potest
ab Ente, et existenti formaliter praescindi. et quidem nos
ipsi Quaestione 2a Capite 4o dicebamus quam
libet perfectionem divinam etiam formaliter ab alia
condistincta habere suam propriam Existentiam, condistinctam
ab Existentia alterius, quia prout formaliter ab alia
condistincta est, formaliter, et essentialiter, Ens, et Entitas

quæ doctrina E regione opponitur cum iis, quæ in hac Quæstione 3a docemus.

Qr distingdo Ant: habet suam essam obiective relucentem in conceptu illo fraliter attingenti illam perfectionem in ordine ad connotata entis et non repugnantis ad existendum, neg. Ant: habet suam essam obiective relucentem in conceptu illo fraliter attingenti illam perfectionem in ordine ad alia connotata diversa. Concedo Ant: hæc distinctio facile constat ex dictis, et ex nostra sententia negantis præscisionem obiectivam. itaq. in quocumq. conceptu per quem perfectio aliqua divina attingatur relucet sua essa realis, et obiectiva intra suam lineam, imo, et quidquid est cum illa realiter identificatum, non tamen attingitur per quemcumq. conceptum in ordine ad omnia connotata, et extrinsecos terminos, in ordine ad quos potest comparari.

Ex quo fit, quod possit fraliter præscindi perfectio divina a ratione entis et existentis, quum possit comparari in ordine ad alios terminos et connotata, in ordine ad quæ non comparatur ens, et existens. neq. doctrina nostra in consequentia nota laborat. nam Quæstione 2a Capite 4o docuimus, quamlibet perfectionem divinam conceptam adæquatione fraliter intra propriam lineam habere propriam existentiam ab existentia alterius condistinctam, et debere concipi cum illa, quia implicat conceptum esse adæquatum adæquatione fraliter tendenti ad propriam lineam cuiuslibet perfectionis, et non attingere existentiam illius perfectionis. in præsenti vero docemus quamlibet perfectionem divinam habere ~~fide~~ quidem suam existentiam cæterum non esse necessum, quod per quemcumq. conceptum etiam inadæquatum inadæquatione fraliter attingatur sub expressa ratione talis, et in ordine ad proprium connotatum, in quo nulla in consequentia nota relucet.

insurges 2°: quælibet perfectio divina, etiam prout
de obtu cuiuscunq. conceptus formalis, et aliquid: ergo de forma-
lissime Ens, et Existens, et consequenter per nullum conceptum
præscindi potest ab Ente, et Existenti. Ant. probatur,
quælibet perfectio divina, aut de virtus Intellectiva,
aut Volitiva, aut Intellectio, aut Volitio et cæ:
sed virtus Intellectiva, aut Volitiva de formalissime aliquid:
ergo quælibet perfectio divina etiam prout de obtu
cuiuscunq. conceptus formalis de aliquid, sed esse aliquid de esse Ens,
et Existens: ergo quælibet perfectio divina præscindi
non potest a ratione Existentis, confirmatur: quælibet
perfectio divina, etiam prout obtu cuiuscunq. actus non de
nihil: ergo de aliquid, quum nihilum, et aliquid contradictorie
opponantur, et consequenter de Ens, et Existens.

Rr. negando Ant. nam quamvis
quælibet perfectio divina in se sit aliquid, et non repugnans
ad Existendum, adhuc tamen non semper prout de obtu cuius-
cunq. conceptus formalis de aliquid, sed non repugnans ad Existen-
dum. quia esse aliquid, et non repugnans ad Existendum prout
de obtu conceptus formalis de cognosci ut aliquid, et ut non repu-
gnans ad Existendum per conceptum formalem; sed potest non
cognosci ut aliquid, et ut non repugnans ad Existendum,
per conceptum formalem: ergo non semper prout de obtu cuius-
cunq. conceptus formalis de aliquid, et non repugnans ad
Existendum. ad confirma: Rr. perfectionem divinam in se
esse aliquid, et contrapositum nihilo, adhuc tamen formaliter
~~[illegible]~~ de et prout de obtu huius conceptus inadæqti neq.
de aliquid neq. nihilum. hoc de, neq. cognoscitur ut
aliquid, neq. ut nihilum.

insurges 3° Intellectivum non potest
cognosci, nisi cognoscatur ut verum principium Intellectio-
nis

Sed verum principium Intellectionis non potest non includere rationem, et Existentis: quia Intellectivum includit rationem Entis, et Existentis. = Respondeo eodem modo negando maiorem. Nam Intellectivum sub praeciso conceptu Intellectivi, non cognoscitur ut principium verum Intellectionis; abstrahit enim sub eo praecisissimo conceptu ab eo, quod sit verum, aut falsum, repugnans aut non repugnans Intellectionis Principium, et solum dicit vim formalissimam Intelligendi, quin aliud explicet sicut non explicat esse Creatum, aut increatum, finitum, aut infinitum; itaque Intellectivum nullam aliam rationem participat sub eo praecisissimo conceptu, nisi eam, sub qua Intellectus illud attingit, et quum Intellectus illud attingat solum sub ratione Intellectivi, solum habet prout subiacet idi conceptui, rationem Intellectivi, et nil aliud.

aliqui Rores nobiscum sentientes ut his, et similibus Argumentis satisfaciant, non recusant concedere quolibet perfectionem etiam prout subiacet conceptui formali inadaequato dicere quidem suam Essentiam, et esse aliquid, quia revera Intellectus per conceptum illum inadaequatum exprimit aliquam Essentiam, et aliquid ipsi obiicitur contemplandum; adhuc tamen asserunt per conceptum illum inadaequatum praescindi rationem Entis, et Existentis, quia non dum Intellectus cognoscit per illum conceptum an ea Essentia, et illud aliquid sit repugnans, aut non repugnans, involvat aut non involvat contradictionem, cum his non multum mihi in praesenti contendendum est, quia solum intendimus statuere posse perfectiones divinas taliter attingi, ut per

quendam actum imperfectum, et diminutum non attingantur ut non repugnantes, et ut non involventes contradictionem at quando nos asseruimus non esse aliquid prout subiacent conceptui illi imperfecto usurpauimus aliquid prout conuertitur cum Ente non repugnanti ad existendum, ut communiter conuerti solet.

Caput 3.

Aliarum difficultatum Explicatio.

Insurges 4°: quaelibet perfectio diuina debet concipi, ut propria Dei; sed perfectio propria Dei dicit formalissime existentiam: ergo quaelibet perfectio diuina dicit formalissime existentiam, et consequenter, si diuina perfectio attingatur nunquam praescindi potest ab existentia. Respondeo hoc argumentum solum conuincere perfectionem diuinam si concipiatur ut diuina, et ut Dei propria, et ut actu aliter Deo conueniens, concipi debere tanquam Ens et cum existentia, quod quidem non contradicit doctrinae a nobis statutae in qua solum docemus perfectionem diuinam, quin cognoscatur ut diuina, et ut Dei propria, posse per talem actum imperfectum cognosci, ut ex vi illius praescindatur ab Ente et existenti.

Ubi ad maiorem explicationem notandum est aliud esse concipere praedicata diuina, et aliud esse ea concipere reduplicatiue, ut diuina; non enim sufficit ad hoc quod noster conceptus utcunque exprimat illud praedicatum quod est proprium Dei, et inparticipabile a creaturis, sed ulterius requiritur, quod exprimat tale praedicatum conuenire Deo,

et nō posse convenire Creaturis: v. g. conceptus exprimens omnipotentiam vere exprimit praedicatum, quod nō solum realiter, sed etiam sub formalitate propriae lineae est proprium Dei, et in hoc sensu divinum; nō tamen concipit illud noster intellectus reduplicative ut proprium Dei, et ut divinum, quia ad hoc erat narium ut exprimet talem omnipotentiam Deo convenire, et nō Creaturis, quod quidem est conceptus longe diversus. Unde bene stat, quod concipiatur perfectio divina et propria Dei, qui ut divina, et ut Dei propria concipiatur.

Insurges 5°: nō potest dari medium inter duo contradictoria, ut fert evidentissimum, et communissimum inter metaphysicos principium; sed iuxta nostram doctrinam datetur medium inter duo contradictoria: ergo sustinenda nō est; Minor probatur; aliquid et nihil sunt praedicata contradictoria; sed illa formalitas intellectivi neque esset aliquid, neque nihilum: ergo esset quid medium, inter duo praedicata contradictoria. Rx. Concedendo maiorem et negando minorem ut autem hoc percipiatur sciendum est principium illud, nō datur medium inter duo contradictoria, nō tollere, quod nō detur medium inter rem, et negationem rei, quia datur aliquid quod neque est Petrus, neque negatio Petri, v. g. Lapis. Unde bene stat, quod formalitas illa intellectivi neque sit aliquid, neque nihilum, sive negatio alicuius, quamvis alioqui sit verum principium illud, nō datur medium inter duo praedicata contradictoria;

Principiū q̄ illud, ut sit verū, debet ita Intelligi, ut si ex una pte sumatur Copula affirmans, prædicatū, et ex alia Copula negans idē prædicatū, debeat nario una illarū propositionū verificari, v. g. si ex una pte sumamus prædicatū, aliquid affirmatū per Copulā d̄ hoc modo, est aliquid, et ex alia parte negatū per Copulā nō d̄, hoc modo, nō d̄ aliquid. nario debeat una illarū propositionū verificari, et asserimus verificari negativā illam non d̄ aliqd̄. Et similter si ex una pte sumamus prædicatū nihilū affirmatū per Copulā d̄ et ex alia pte negatū per Copulā negativā asserimus verificari negativā illā, nō d̄ nihilū. in alio etiā sensu verū d̄ principiū illud, in eo nimirū, quod nō possit utrumq. extremū simul esse in rerū natura. v. g. Lapis, et negatio Lapidis, neq. simul abesse, ita ut neq. sit in rerū natura Lapis, neq. negatio Lapidis.

Ex tota doctrina colligitur Existiā distingui ab Essa divina, nō tanq. duos conceptus sese ad Indicē excludentes; sed distinctione inadequata tanq. Inclusū ab Includente. ratio ex dictis facilis d̄, q̄a Essa divina, sicut, et quodlibet aliud Ens reale plura includit prædicata, quæ nō sunt fralissime Existentia. Essa, Eū divina includit Intellectivū, volitivū, et si vis omnipotentiā, Immensitatē, et alia, quæ fralissime in suo conceptu explicito nō dicunt Ens, et Existiā, et consequenter ab Ente et ab Existia

fraliter distinguuntur, ac proinde essa divina et totum, et existia et pars; sed totum et pars distinctione inadaequata distinguuntur; ergo et cae.

Et si forte aliquando in decursu huius disputationis diximus essam nullo modo ab existia distingui, sed solum qualemus eadem indivisibilis obiectiva veritas per diversos actus, conditionatum, et: et absolutum attingitur solum voluimus docere rem possibilem, et rem existentem, et essam conceptam in statu conditionato, et in absoluto idem omnino ex parte obti importare, et nullam ex parte ipso obti tacti distinctionem involvere, sed quae praecise ex diversitate actuum diversimode idem obtum attingentium desumitur, quae potest appellari distinctio rationis ratiocinantis; non vero voluimus excludere distinctionem hanc inadaequatam, quae inter essam realis entis possibilem, et existiam possibilem et inter essam entis realis actualem, et eius existiam actualem in praesenti adstruimus.

Contra quam veritatem tandem insurges: distinctio rationis cum fundamento in re fit, quoties conceptus fraliter tendentes circa idem realiter obtum non sunt aequivalentes; sed conceptus hic fralis Petrus et et hoc attingens essam non aequivalet huic conceptui Petrus existit hoc attingenti Petrum existentem: ergo per illos fit distinctio rationis cum fundamento in re. maior certa videtur, et probatur minor, potest una propositio illarum esse vera, et altera falsa, ut et evidens

Propositio En affirmans essa Petri potest esse vera, quin sit vera Propositio affirmans Petrum Existentem, atque Eiusmodi conceptus formales, et Propositiones non sunt aequivalentes. Rr. negdo. ma: non En sufficit ad distinctionem rationis ratiocinatae sive cum fundamento in re quaevis non aequivalentia conceptuum, sed non aequivalentia fundata in facunditate Obti; licet quo Propositio Conditionalis, et absoluta non sint aequivalentes, quia tamen non aequivalentia non fundatur in eo, quod una attingat rem in ordine ad Connotatum, in ordine ad quod alia non cognoscit, non est sufficiens haec non aequivalentia ad distinctionem rationis ratiocinatae cum fundamento in re inter formalitates sese Excludentes, ut contendit Argumentum.

Disputatio 2a

De constitutivo divinae essae, seu consideratione metaphysica. Quaestio 1a

An essa divina constituatur per actualem Intellectionem? Caput 1m

aliquae notationes et doctorum ~~senten~~ Judicia proponuntur.

gravissimam, et celeberrimam difficultatem, in hac disputatione suscipimus Explicandam de constitutivo divinae essae, in cuius discussione mirum est in quot sententias divisi sunt scholastici doctores, prius varia doctorum Judicia Examinabimus, et deinde nostram sententiam aperiemus. ad cuius exactam resolutionem notandum est 1o, essam esse, qua res dicitur habere suum esse

quo praecise sublato res tollitur, et quo posito fralissime
rem poni necessum est. sic hominis essa, dicitur Animal
rationale, nam positis illis praedicatis praecise, homo est
talis, et illis sublatis neque manere, in ratione ho
minis. inquirimus quo per quae praedicata Deus habeat
suum esse in ratione Dei, quibus sublatis praecise auferatur
Deus, et quibus positis fralissime poni Deum, in ra
tione Dei narium sit.

Et quamvis haec nomen essa, non
sit apud veteres Latinos usitatum, ubique tamen habetur
Eius scientia, ut notavit Epiphanius (essa nomen inquit)
in veteri, ac novo Testamento non habetur, sensus
tamen, et significatio Eius ubique habetur, apud Patres
autem Latinos valuit, qui novam vocem ponere
voluerunt, neque multum pro re praesenti curandum est
an haec nomina essa et natura, accipiantur aequi
valenter, aut quid diversum significent, nam quamvis
in rigore vocis non accipi debeant aequivalenter (quod
quidem pertinet ad aliud Institutum) in praesenti ta
men aequivalenter, et pro eodem accipiuntur, ut
accipiunt divus Augustinus, sanctus divus Thomas,
Anselmus, Sirillus alexandrinus, et alii. Unde
idem erit inquirere, per quid divina essa,
ac per quid natura divina constituatur, et hanc
esse frequentissimam usurpationem notissimum est.

notandum est 2°, quamvis
essa nomen possit personalitatibus divinis convenire,
sicut, et esse Ens et Existens convenire diximus
disput. 1a Quaest. 2a Cap. 4°, qua ratione non

nunq. apud divum Thomam Inveniuntur loq.do de di
vinis relationibus tres Iudicitates, aut relativa
Essa; qd.o tamen de Deo sermonem instituimus hoc vox
nunq. aplicatur, praesertim absolute prolata, perso
nalitatibus, aut relationibus, quae tales sunt, sed solum dei
tati, quae unica est, et in multiplicabilis, et consequenter
idem erit inquirere divina Esse, ac deitatis constitutivum.
et qdem posse una voce ex comuni consuetudine restrin
gi ad aliqd scandum compertum est.
notandum est 3°, quod sicut
non bene infertur unum praedicatum esse, de realissima consti
tutione alterius ex eo, quod hoc non possit existere sine
illo, ut dicebamus disput. 1a Quaest. 2a Capite 1°,
ita non bene infertur unum praedicatum esse de essentia,
sive de realissima constitutione alicuius rei, ex eo,
quod res intelligi nequeat sine illo, potest enim intelligi
tanq. terminus, ut patet evidenter in qualibet potentia,
quam non possumus ut talem intelligere nisi tum intelliga
mus, et tamen terminus non est praedicatum essentiale, quo
potentia realissime constituitur, ut potentia est; id enim unione formae
cum materia, et in quovis alio ru, transcendentali videri est quem
non possumus ut talem intelligere: nisi tum intelligamus
et tamen terminus non est praedicatum essentiale respectus
transcendentalis.
notandum est 4° in praesenti solum esse sermonem
ut fert ipse titulus Disputationis, de constitutivo divinae
Essae secundum considerationem Metaphysicam, non vero de consti
tutivo divinae Essae, prout sed realiter, et a parte rei,
et independenter a consideratione nostri intellectus, pro cuius
intelligentia observandum est unam quaestionem esse longe
diversam ab alia, nam qdo inquirimus Metaphysicum rei
constitutivum

solum inquirimus Quid sit res, prout subiacet conceptui illi formali, per quem fit Interrogatio; Quidquid sit, an res habeat a parte rei et independenter ab Intellectus nostri considerationem alia praedicata praeter illa, quae per conceptum illum formalem Explicite significantur.

Exemplum manifestum de in homine quando inquirimus essentiam metaphysicam hominis, solum inquirimus, Quid sit homo, prout subiacet Expresse et Explicite Conceptui huic formali homo, per quem fit Interrogatio, et asserimus esse Animal rationale, nil Curando de risibili, quia risibile non sciatur Explicite, et Expresse per conceptum formalem homo ita similiter quando inquirimus essentiam dei metaphysicam, solum inquirimus quid sit deus, prout subest Explicite, et Expresse huic conceptui formali deus, quidquid sit, an deus habeat alia praedicata secum identificata, quae non veniunt sub expressa, et Explicita significatione conceptus illius formalis: et si forte contigerit omnia praedicata, quae res habet a parte rei, objici conceptui formali, per quem fit Interrogatio, tunc erit idem constitutivum Metaphysicum, et constitutivum reale rei.

quum quod natura, sive essentia divina debeat esse formalissime Intellectualis, quia cum debeat esse omnium perfectissima, et iste gradus vitae sit omnium perfectissimus non erit natura, sive essentia divina omnium perfectissima, nisi sit Intellectualis, asserit 1a sententia divinam essentiam ultimo formaliter, et ipsi specifice constitui per actualem Intellectionem ita Pater Suarez Libro 1o de essentia dei Cap: 3o, et Libro 11o de trinitate Capite 5o, et disputatione 30a sectio: 25 metaphysicae

Pater Herisse in 1ª pte tractatu 1º, disp. 3ª Cap. 3º.
Pater Fassolus in 1ª pte, Quæst. 4ª Articulo 2º, dubio 8º
et 9º; Pater Hurtadus disp. 20º Metaphæ, sect. 2ª
et prolixe satis Pater Hemelman in suis disp.
Volumine 1º, titulo 4º disp. 1ª, a capite 2º usque ad
25 inclusive, eandem opinionem amplectuntur plures
Thomistæ. Capreolus, Cayetanus Ferrariensis, Na-
sarius, Albelda Machin, et alij, quos omnes
et multos alios invenies apud Hemelmam iam
citatum.

2a sententia tuetur essentiam divinam non constitui
ultimo, et quasi specifice per solam intellectionem actualem. hanc
defendunt omnes illi doctores, qui licet dicant Deum debe-
re constitui vita perfectissima actuali asserunt non ideo
excludendam esse actualem volitionem a constitutivo divinæ essentiæ:
ita Pater Suniga de Trinitate disp. 2ª Pater Martinus
Peres de Deo Trino disp. 11ª, qui pro se afferunt sanctum
Augustinum, et sanctum Thomam. defendunt etiam illam omnes illi
qui per collectionem omnium perfectionum absolutarum constitu-
unt essentiam divinam, qui consequenter asserunt per aliquid aliud
ab actuali intellectione essentiam divinam esse constituendam,
licet non excludant a partiali constitutivo actualem intell-
ectionem. Cuius etiam opinionis sunt omnes illi qui ad-
mittunt in Deo actum 1m intelligendi ratione distinctum
ab intellectione actuali, per quem existimant divinam
essentiam ultimo, et adæquate constitui. ita Scotus, Durandus Pater
Becanus, Pater Arubal, Pater Granados Pater
Arriaga, et alij plures.

Caput 2m.

Essa divina nullo modo per Intellectionem actualem constituitur.

1m Argu: pro hac nostra conclusione sit: ante Intellectionem actualem reperitur in deo aliquid, quod sit extra ipsam Intellectionem actualem, et quod denominatur actualiter Intelligens ab ipsa Intellectione actuali; sed hoc nullum aliud esse potest, nisi ipsa essa divina: ergo ante Intellectionem actualem datur in deo essa constituta, consequentia legitime infertur, et probatur minor: essa divina, quam sit essentialiter vivens, non quidem vita vegetativa vel sensitiva, sed vita Intellectuali, debet esse illud, quod denominatur vivens actualiter per vitam actualem Intellectualem: si ergo aliquid in deo praesupponeretur ad actualem Intellectionem et ab ea denominaretur Intelligens, id procul dubio esset ipsa essa divina. Praeterea: essa divina iuxta doctores, cum quibus in praesenti disputamus, est id, quod denominatur volens per volitionem actualem: ergo illud quod denominaretur Intelligens per actualem Intellectionem erit ipsa essa divina.

Veniamus ad maiorem illam propositionem in qua est difficultas, et probatur 1o: ante actualem volitionem praesupponitur in deo aliquid, ut modo ex adversarijs ipsis notabamus, quod denominatur volens per ipsam volitionem actualem, nisi mirum essa divina, quae supponitur constituta ante volitionem actualem ergo similiter ante Intellectionem actualem praesupponitur aliquid, quod denominatur Intelligens.

per ipsam Intellectionem actualem, et quod nos aequi Jure essam divinam appellabimus. et quidem non bene percipio, quo fundamento dicatur volitionem denominare aliquid subiectum praesuppositum et Intellectionem non denominare, et si tu bene percipis Intellectionem non denominantem, Intelliges similiter volitionem non denominantem.

Probatur 2° illa eadem maior: nequit negari in deo Inveniri formaliter proprium Intellectivum, praedicatum, et de quo cum veritate possimus dicere, quod proprie Intelligere valeat, quodque de deo verificatur quod sit proprie Intellectivus, et quod actu proprie Intelligat. Et si non daretur conceptus aliquis praesuppositus ad actualem Intellectionem, hoc non posset verificari: quatur datur conceptus aliquis praesuppositus ad actualem Intellectionem, et ab ea denominabilis. Maior negari non potest, nam deus maiori cum proprietate, quam Angelus vel homo re vera Intelligit, et vivit Intelligendo, et consequenter est vivens, et Intellectivus. minor probatur; si non daretur conceptus hic praesuppositus, qui denominatur Intelligens, solum darentur in deo praedicata actualis Intellectionis, et ex praedicatis praecise actualis Intellectionis nil denominatur actualiter Intelligens: quatur si non daretur huiusmodi conceptus praesuppositus, non posset dici deus Intellectivus, et Intelligens.

Etenim si Intellectio creata extra omne subiectum collocaretur, daretur quidem expressio, repraesentatio et similitudo Intentionalis obiecti, caeterum per illam nil denominaretur Intelligens

nō ob aliā rationē, nisi q̄a forma, quæ præcise d̄ ratio
frālis denominandi, supponit subtū denominandū, ut
resultet ꝯcretū denominatū; ꝗtur similiter si solū
in Deo darentur prædicata Intellectionis, quæ d̄
ratio frālis Intelligendi nō daretur Intelligens in ꝯcreto,
nisi præsupponeretur Intellectivū, quod per tale Intellec
tionē denominaretur. et q̄dē discrimē assignandū d̄,
q̄re data præcise entitate cognitionis creatæ nil
detur Intelligens; et data præcise entitate cognitionis
divinæ detur aliquid, quod cū veritate dicatur
Intelligens.

Confirma: Intellectio divina, et Intelligens
divinū nō sunt termini eandē veritatē obiectivam
enuntiantes, nā ut sit fralissime Intellectio divina
sufficit, quod sit repræsentatio, et expressio comprehē
siva omniū cognoscibiliū; ut vero sit Intelligens,
requiritur, quod sit virtus potens ea omnia com
prehendere, sicut iuxta adversarios ipsos nō affe
runt eandē veritatē obiectivā ꝯceptus, qui redditur
volens, et actualis volitio, nā per ꝯceptū solū
affertur subtū, quod possit accipere denominationē
volendi a volitione tanq. a forma; per aliū vero
ꝯceptū sciatur actualis volitio, tanq. forma huius
denominationis. quū q̄o prius sit in Deo Intellectivū
quā Intellectio, nō ex nariū recurrere ad Intellectio
nē, ut per ipsā dicamus naturā divinā ꝯstitui, q̄do
q̄dē per Intellectivū ante actualē Intellectionē ex
istens sufficienter ꝯstitui videtur.

2 q̄derno de attributis.

dices, 1° subtum denominationis intelligentis esse rationem quandam communem intellectioni creatae, aut increatae aut rationem communem vitae increatae abstrahentem ab intellectione, et volitione aut denique rationem essendi a se, nam cum illis conceptibus accedat ratio difrallis, et fralissima intellectionis divinae, optime poterunt per illam denominari, et per illam concretum actualiter intelligentis constituere. Sed contra 2°, quia ratio communis abstracta ab intellectione creata, et increata, non dicit rationem subti denominationis intelligentis, nam quum intellectio creata solum sit forma huius denominationis, non potest ratio communis dicere aliquid repugnans cum intellectione creata. rursus: neque ratio communis vitae increatae abstrahens ab intellectione, et volitione potest dicere rationem subti huius denominationis intelligentis, quia quum volitio non sit subtum huius denominationis, neque aliquid abstrahens a volitione potest esse subtum huius denominationis, praeterea ratio essendi a se praecise sumpta non explicat vitalitatem, et consequenter non potest esse intellectivum vitale, quod sit subtum denominationis vitaliter intelligentis.

Dices 2° conceptum ipsum divinae intellectionis denominari volentem a volitione, misericordem a misericordia, iustum a iustitia, et cae, quia 2° fralissime ipsa natura divina, non vero intellectionem divinam denominare conceptum alium praesuppositum, quia quum ipse sit primus, et perfectior reliquis omnibus, non potest alium praesupponere, per quem natura divina constituatur; sed contra 2°, quia fatemur naturam divinam denominari volentem, misericordem, et iustam ab alijs conceptibus secundarijs, qui

#

qui sunt attributa, et sunt extra constitutionem divinae naturae, contendimus autem eodem modo denominari intelligentem ab intellectione, quae sit attributum, et extra constitutionem divinae naturae: neque intellectio divina est primus in deo conceptus, quum praesupponat intellectivum, ut iam probatum est, neque est perfectior reliquis omnibus praedicatis divinis, quum perfectior sit vita primaria, quam secundaria, secundaria enim in primaria tanquam in virtute, et radice continetur.

Caput 3.m

Ulterius probatur eadem veritas.

2.m Argu: pro nostra conclusione sic efformatur, intellectio divina praesupponit essentiam divinam constitutam: atqui intellectio divina nullo modo constituit essentiam divinam. Consequentia est evidens, quia nulla res potest esse adaequate, et ultimo constituta ante suum constitutivum. Antecedens probatur: intellectio divina est intellectio, et repraesentatio alicuius, quod prius supponatur saltem ratione nostra ad ipsam intellectionem, et repraesentationem; sed est intellectio, et repraesentatio essentiae divinae; atqui essentia divina prius ratione nostra supponitur ad ipsam intellectionem divinam. et quidem quum mente percipi non possit, quod non sit aliud repraesentatio, et obiectum repraesentatum, fit, quod aliud sit intellectio divina repraesentans, et essentia divina repraesentata per eiusmodi intellectionem, et quum intellectio divina ferri non possit in obiectum; nisi in ipso veritas supponatur, sequitur, quod supponatur essentia divina vera, et realis ante intellectionem actualem.

Confirmatur 1.o: nulla intellectio potest ita tendere in se ipsam repraesentandam,

ut nō prius tetenderit ad aliā perfectionē manifestandā; sed si nō supponatur aliquod obtū prius, quod nos essam divina appellabimus, nō erit obtū in quod prius tendat divina intellectio, quā in se ipsā: igitur praesupponitur essa divina, ut in ipsā possit tendere intellectio divina. Maior quae sola probanda est, expressa est doctrina sancti Thomae, et ratione ~~illius~~ ipsius Angelici Magistri sufficienter probatur asserentis, esse inintelligibile, quod aliquis intelligat se intelligere, nisi prius intellexerit rē aliquā; illud enim intelligere, quod intelligit, nō quidē sui ipsius, sed alterius obti est.

Confirma: 2°; de cognitione illa, quā asseris constitutivā divinae naturae, possumus interrogare, an sit, vel nō sit vera, et cognoscemus illius veritatē, si conformetur cū obto, et illius falsitatē, si diformetur; sed implicat cognitionē, sicut, et quamlibet rē aliā conformari secū ipsa, aut diformari, quia conformitas, aut diformitas essentialiter, et ex natura sua intrinseca, inter duo extrema exercentur: igitur aliquid aliud a cognitione assignandū est, tanquā obtū illius, et cū quo illa conformetur, ut detur veritas in sua repraesentatione; sed intellectio divina fertur ad divinā essā asserendo illā existere, et quibus praedicatis formalissime constituatur: igitur aliud est intellectio a divina essa, cū qua conformatur repraesentando illā, sicuti est;

Ex quibus colligitur divinam essā nō constitui formalissime per cognitionē, neque prout est ad aliquid increatū, neque prout est ad aliquid creatum. nō constituitur formalissime per cognitionē, prout est ad aliquid increatū, quia, quū cognitio divina sit posterior illo increato, quod enunciat, potius illud increatū, quod est prius, et erit essa divina, quā cognitio, quae est posterior, quū primū increatū in deo existens, sit essa divina. nō constituitur prout est ad aliquid creatū, quia si divina essa nō constituitur per cognitionē, prout est ad aliquid increatū,

nullo mino dstinctus per Cognitionē prout ē ad aliquid Creatū. =
Contra: aliquid Creatū essel prius essa divina, qa prius ē Obtum
Enunciatū, quam Enunciatio ipsius: atqui quā essa divina nō sit
posterior Obtō Creatō, nō poterit dstitui per Cognitionē, prout
hoc fertur ad Obta Creata.

Respondent 1°. hoc Argumentū a nobis
ipsis esse solvendū in ipsa Intellectione divina, quā licet realiter
distinguatur ab essa, se ipsā tamē repraesentat, qa deus, nō solū
Cognoscit suā essa, sed aliā, se Cognoscere suā essa, atq. adeo Cogni
tio Erit realissima Obtī sui ipsius, at negatur hac ab ē Excludere
da a Constitutione divina essē, qa debet dari distinctio inter
Cognitionē, et Obtū repraesentatū. = Ad 2tra ē, qa quando divina
Cognitio reflectit supra se ipsā, Cognoscit se Cognoscere aliquid;
si enim nil Cognoscit se Cognoscere, quomodo fieri potest, quod Cog
noscat se Cognoscere; unde fit, quod realitas directa Cognitionis
tendat ad aliquid ratione distinctū, nempe ad essē praesuppositam,
et qa realitas reflexa tendat ad directā prius suppositā, et
consequenter fingēr Obtū Cognitionis, ratione distinguitur a Cogni
tione, per quā attingitur.

Respondent 2° Intellectionē divinā
terminari ad aliquod Obtū ratione distinctū, et praesuppositum,
nempe ad praedicata quadā Communia essē, et attributa; =
Ad 2tra ē, °, qa Obtū primariū, et praecipuū Intellectionis divinae
debet esse omniū perfectissimū; Ad ratio illa Communis, nō ē Obtū
perfectissimū, quū perfectior sit essa divina, et quod habet aliud
Attributū, quā ratio illa Communis, qa perfectior ē Specie, quā
genus, et perfectius ē Includens, quā Inclusū: atque. et Ad
2°, qa Cognitio illa, per quā dicit essē dstitui, debet esse Intui
tiva: hac autē nō terminatur ad rationē aliquā Communem,
Ad ad Obtū determinatū Existens agnoscendo tolā illis quidi
tatē, et Existentiā: praeponitur qo aliquod Obtū determinatū,
et Existens ad ipsā Intellectionē actualē, in quo sita sit essa
divina.

Ad 3°. Obtū primariū divinae Cognitionis debere
esse, et perfectissimū, et ab Ea distinctū, nō tamē adaqte

distinctum sed satis est, quod sit inadaequate distinctum, et hoc sufficienter salvatur, si dicamus Cognitionem divinam esse praedicatum ultimum, et differentiale essentiae divinae, ipsam autem Cognitionem cum rationibus Communibus esse integram essentiam, et Obiectum Eiusdem Cognitionis, nam quum Complexum ex Cognitione, et rationibus Communibus inadaequate distinguatur ab ipsa Cognitione, tanquam totum a parte, et tanquam Includens ab Incluso, fit, quod Obiectum Cognitionis, quae est essentia constitutiva, distinguatur inadaequate ab ipsa Cognitione, in quo nullum Inconveniens Invenio.

Contra est, quia Obiectum etiam inadaequatum debet esse aliqua ratione prius Cognitione repraesentante unde est, est, quod non per eandem formalitatem, qua illa Cognitio repraesentat rationem Communem, repraesentet etiam ipsam Intellectionem, quum Intellectio ipsa simul cum rationibus Communibus praesupponatur ad Intellectionem reflectentem supra Intellectionem directam simul cum rationibus illis, et consequenter Cognitio illa directa ratione distinguitur a reflexa, licet sit Obiectum inadaequatum. et tandem concludo aliquid increatum, et divinum debere praesupponi ad actualem Intellectionem, quod sit essentia divina.

Caput 4.m

Obiectionibus Exhibetur Solutio.

Obiicies 1.o si daretur in deo actus primus Intelligendi, sive Intellectivum radicale, daretur in deo maxima Imperfectio; atqui actus primus Intelligendi, sive Intellectivum radicale repugnat in deo. Ant. probatur: essentia divina haberet potencialitatem, et esset perfectibilis, et Complebilis per Intellectionem actualem; sed hoc importat maximam Imperfectionem in deo: atqui si daretur in deo, actus primus Intelligendi, sive Intellectivum radicale, daretur in deo maxima Imperfectio. confirmatur: quaevis formalitas divina debet dicere omnem perfectionem possibilem intra propriam Lineam; sed Intellectio pertinet ad Lineam Intellectivi, quodque tam Intellectivum, quam Intellectio pertinent ad Lineam Intellectus: atqui Intellectio divina debet dicere omnem perfectionem Intellectivi.

Retorquetur Communiter hoc Argumentum in essentia divina, et subsistentiis relativis, quae sunt extra constitutionem essentiae,

nā essa divina esset Complebilis, denominabilis, et perfectibilis in ratione subsistendi per subsistencias relativas, et consequenter admitteretur in deo maxima illa Imperfectio potencialitatis, Complebilitatis, et perfectibilitatis: sicut q° admittitur actus primus subsistendi per tres subsistencias relativas, et actus primus volendi, qui denominetur per volitionē actualē quin detur aliqua Imperfectio in deo: ita admittitur a nobis Intellectivū, quod denominetur Intelligens per actualē Intellectionē absq; aliqua Imperfectione in deo; = R.° q° ad Argumentū negando Ant.° ad probationē Negamus essa divinā habiturā aliquā Phisicā potencialitatē ad actualē Intellectionē, potest tamen Concedi habere aliquā potenciā metaphisicā, ut reddatur Intelligens per actualē Intellectionē.

nā per hanc potenciā Metaphisicā solū significamus essā divinā esse Extra actualē Intellectionē, et ab Ea denominari Intelligentē, quod qdē ab Adversarijs respectu volitionis, reliquorū attributorū, et divinarū personalitatū procedēdū ē. idē de Complemento, et perfectione dicendū ē, ni mirū essā divinā nō esse Phisice incompletā, et perfectibilē; perfici tamē, et Compleri in esse metaphisico per predicata supervenientia, quae sunt Extra constitutivū ipsius. ad confirmationē dico, actū primū Intelligendi nō esse in Eadē Linea cū Intellectione actuali, quae ē actus 2us, licet Intellectivū, et Intellectio Conveniant in hoc, quod ē ad Intellectū pertinere, sicut licet misericordia, et Justicia, pertineant ad voluntatē, possunt tamē per Intellectū distingui.

Objicies 2°; hic actus primus debet esse realis, et entitativus in deo: qtur deus nō solū habet potiā illā metaphisicā, ratione distinctā ab actu 2°, sed etiā potiā realē, et Phisicā ad Intelligendū. consequentia patet, qa actus primus realis, et entitativus Converti videtur cum potencia Phisica, et reali. Ant.° probatur: Implicat nostrū ~~tū~~ Intellectū distinguere in deo duas frālitates, quin illae realiter in deo praecedant, nā distinctio frālitatū

quae fit a nostro Intellectu, nō apponit, sed supponit illas in Obto, neq; potest Intellectus noster in Deo distinguere, nisi quod in Deo realiter et frāliter &: ergo si per Intellectū distinguantur in Deo duae frā litates, quarū una sit actus primus, et alia actus secundus, Intelligendi, actus, et 1º, et 2º ~~Intelli~~ praesupponuntur in Deo realiter, et frāliter Existentes;

hoc etiā argu: Comuniter retorquetur, in essa divina vel divinarū relationū, quae sunt actus primus denominabilis a relationibus tanq. ab actu 2º, subsistendi ante solutionē notandū &, actū 1m, et 2m dicere pro materiali perfectione aliquā positivā in Deo Existentē, et pro frāli distinctione aliquā, sive realē, sive rationis, et sdū qlitatē distinctionis erit actus 1º et 2º; Erit realis, si distinctio fuerit realis, Erit per Intellectū si distinctio solū fuerit per Intellectū. hoc supposito distinguendū &. Ant: hic actus primus debet esse realis, quad positivā perfectionē, quā dicit pro materiali Concedo Ant quoad distinctionē quā affert pro frāli nego Ant,

Ad Probationē Antecedentis distingo Antecedens. Implicat Intellectū distinguere in Deo duas formalitates Quin illae praecedant quoad

Quoad perfectionem positivam in deo Concedo Antecedens.

quoad perfectionem positivam in deo Concedo Ant.; quin illae praecedant quoad distinctionem formalem, ratione cuius fiunt duae fralitates nego Ant. quum enim distinctio rationis tota fiat per intellectum extrinsece cognoscentem obtum, licet nullam perfectionem apponat, sed supponat in obto ~~[illegible]~~ facit tamen quod obtum in se unum, et indivisibile, fiat extrinsece multiplex, quae multiplicitas dari non potest in obto realiter uno ante cognitionem ut consequenter actus primus, et 2° quoad distinctionem, quam involvunt non dantur in ipso deo, licet dentur, quoad materialem perfectionem, quam important.

Objicies 3°; quaelibet cognitio est essentialiter similitudo expressa sui obti: ergo quo est cognitio perfectior, eo similior est obto; sed divina cognitio habet in genere cognitionis infinitam perfectionem: ergo erit perfectissime similis divinae essentiae atque adeo non solum intentionaliter, sed etiam naturaliter erit similis, et consequenter erit ipsissima essentia divina. futilissimum quidem argumentum, et neque speciem difficultatis habens. Ex eo probatur cognitionem divinam esse fralissime alias divinas perfectiones, quum sit earum similitudo expressa, et perfectissima, quod quidem est evidenter falsum. sicut ergo divina cognitio est perfectissima expressio personalitatum, et infinita, et tamen non est naturalis similitudo, sed solum intentionalis personalitatum, non secus dicendum est de cognitione divina respectu essentiae divinae, cuius est similitudo expressa, sed tantum intentionalis, non vero naturalis.

~~[illegible]~~ unde ad argum:

R.: concedendo Ant, et distingdo consequens; eo similior est intentionaliter concedo consequentiam: eo similior est naturaliter nego consequentiam. Eodem modo distingdum est aliud consequens. itaque quantumvis crescat similitudo intentionalis in ratione talis, semper est intra lineam similitudinis intentionalis, et consequenter nunquam pertingit lineam

similitudinis naturalis, atq; adeo ex hoc Capite, nunq; divina Cognitio potest esse ipsissima, et frãlissima essa divina, nam sicut repugnat Cognitio, quæ sit similitudo naturalis divinarũ personalitatũ, ita repugnat Cognitio divinæ essæ, quæ sit, nõ solũ Intentionalis, sed naturalis similitudo, ipsis divinæ essentiæ, et ipsissima divina essentia.

Objicies 4°: differa ultima rei s. prædicatũ perfectius alijs, quæ rei conveniunt, sed Cognitio divina, s. prædicatũ perfectius reliquis alijs, quæ deo conveniunt: ergo Cognitio divina s. differentia ultima Dei. Confirmatur: deus constituitur per gradũ vitæ Intellectualis, ut a nobis ipsis admittitur; sed in gradu vitæ Intellectualis, melius s. esse vivens in actu 2°, quã in actu 1°; ergo deus constituitur per id, ratione cuius s. vivens in actu 2°, et consequenter per divinã Cognitionẽ. R. negando ma: nã differa ultima, in ratione talis nõ solum constituitur ex prædicato positivo, quod sdũ expressũ, et explicitũ conceptũ explicat. Sed etiã, q. in alijs nõ reperitur simile prædicatũ: nulla autẽ Implicatio s., quod prædicata alijs perfectiora in alijs reperiantur, nõ autẽ illud prædicatũ quod s. Imperfectius; nõ q. repugnat ultimã rei differã, nõ esse prædicatũ perfectius alijs.

R. 2°. iã esse statutũ Capite 2°, perfectius esse Intellectivũ radicale, quam actualẽ Intellectionẽ, et consequenter iã, differa dei ultima per prædicatũ perfectius constituitur, ut contendunt Adversarij. et rogo hos doctores, an volitivũ radicale sit, perfectius volitione actuali, vel nõ; si dicant perfectius esse, idẽ mihi dicendũ s. de Intellectivo respectu Intellectionis. si dicant nõ esse perfectius, q. nõ constituunt essã divinã per volitionẽ actualẽ; eodẽ modo ad confirmationẽ respondendũ s.,

Ex dictis Capite 2°, deum constitui per gradum nobilissimum vitae Intellectualis, nempe per Intellectivum radicale, et meliorem esse vitam radicalem, et primariam, quam actualem, et secundariam.

Caput 5.m
aliarum obiectionum solutione magis Illustratur nostra doctrina.

Obiicies 5°, si dicatur naturam divinam constitui per Intellectionem actualem, facile explicatur gravissima difficultas, cur Processio divini verbi sit generatio, non autem Processio Spiritus sancti: ergo asserendum est naturam divinam constitui per Intellectionem actualem. Ant. probatur, quia cum filio ex vi formali suae Processionis Comunicetur Intellectio, et haec sit ipsissima essentia divina, et similitudo naturalis parentis, optime Intelligitur, cur Processio divini verbi sit generatio, quia procedit in similitudinem naturae, qualiter requiritur ad Nativitatem, et generationem filii, et quum Spiritui sancto ex vi formali suae processionis non Comunicetur Intellectio, datur apertissimum discrimen inter Processionem verbi, et Spiritus sancti.

Rr. 1°. quod si dicamus naturam divinam constitui per Intellectionem, fit, quod quum Spiritui sancto debeat Comunicari ex vi suae processionis Natura divina, nam ex vi suae Processionis Evadit perfectissime deus, debeat ipsi Comunicari, ex vi formali suae processionis Intellectio divina, et consequenter iuxta hanc sententiam nullum dabitur discrimen inter utramque Processionem = Rr. 2°, processionem 2ae personae esse generationem, non vero processionem 3ae personae, quia 2ae personae Comunicatur natura, stricte sumpta pro principio substantialis, et Immanentis operationis

nō vero spiritui sancto, ut in materia de Trinitate magis decla
rabitur, unde nariū nō ē, recurrere ad sententiā asserentem
Intellectionē esse frālissimū naturæ divinæ constitutivū, ut hoc
discrimen explicetur.

Obijcies 6°: per idē debet frālissime constitui
natura divina, per quod deus constituitur sume felix atque be-
atus; sed per Intellectionē actualē deus constituitur sume felix, atq.
beatus; ergo per Intellectionē actualē debet frālissime consti-
tui natura divina. Maior ex sola apprehensione terminorū constare
videtur. minor probatur, q.a beatitudo formalis, sive suma feli
citas consistit in cognitione Dei intuitiva: ergo re ipsa per In
tellectionē, et cognitionē sui intuitivā frālissime constituitur
natura divina. Confirmatur; melius ē esse beatitudo frālis, quā
obiectiva præscise, ergo natura divina debet constitui per
ipsā beatitudinē formalē, ut hoc videtur indicare divus
Anselmus in Prosologio asserens deū esse vitā ipsā, lucē,
sapientiā, et æternā beatitudinē;

R.r dig.do ma: per id debet
frālissime constitui natura divina, per quod deus constituitur
obiective sume felix, atq. beatus, concedo ma: per id debet
constitui, per quod constituitur deus frāliter sume felix, atque
beatus nego ma: itaq. nil urget ut asseramus naturam
divinā frālissime esse constituendā per ipsā beatitudinē for
malē, nā sufficit, quod illā constituamus per principiū illud
præsuppositū, sive per radicē beatitudinis formalis.

ad confirm: R.r negdo
aut si loquatur de formali constitutione, q.a nō potest esse
deo melius id, quod affert Implicationē terminorū; quū
ergo ante beatitudinē formalē, et intuitivā cognitionem
præsupponatur, existens obtū increatū, et divinū per cu
ius cognitionē deus beatur per hoc obtū beatificans,
nō vero per ipsā beatitudinē frālē deus frālissime

constituetur; sanctus Anselmus loquutus fuit de beatitudine obiectiua, et licet de beatitudine formali loqueretur, solum voluit adstruere realem identitatem;

Obiicies 5°: ante intellectionem actualem nullum praesupponitur praedicatum, quod sit de linea intellectiui, et per quod possit constitui natura diuina perfectissime intellectualis: ergo constituitur per intellectionem actualem. Ant. probatur, quia si propter aliquam rationem praesupponeretur eiusmodi praedicatum per quod natura diuina constitueretur, maxime, quia deus non solum est intellectiuus ut quo sed etiam intellectiuus ut quod; sed haec ratio nulla est, 1°, quia intellectio diuina substantialis, et infinita non solum est intelligens ut quo, sed etiam intelligens ut quod. 2°, quia bene valet ab actu ad potentiam hoc modo, intellectio actualiter intelligit: ergo potest intelligere. 3°, quia nulla dantur diuersa connotata, in ordine ad quae comparemus in diuinis intelligens ut quod, et intelligens ut quo, praesertim quum intelligens ut quod non sit principium productiuum, aut passiuum, intellectionis in diuinis: ergo quum non detur praedicatum intellectiui praesuppositum cum fundamento in re, essentia diuina per intellectionem actualem constituetur.

R. ~~Concedendo~~ negando Ant.; ad probationem concedenda est maior, et neganda est minor. ad 1m quo illa probatur dicimus intellectionem diuinam, licet sit substantialis, et infinita solum habere praedicata intellectionis, quae praecise sunt ratio formalis intelligendi, et consequenter solum habere rationem formae intelligendi ut quo, non vero ut quod; ad 2m fatemur bonam esse eam argumentationem, verum ex ea solum probari intellectionem esse potentem potentia quadam logica ad intelligendum ut quo. ad eum modum, quo ex eo, quod albedo sit forma dealbandi sequitur quod possit dealbare.

Ostendimus autem, quod vetra hoc detur in deo aliquod praedicatum, quod per modum subti

iunctū cū Ea forma faciat resultare Concretū, quod nō solū sit actualiter Intelligens ut quo, sed etiā ut quod. ad 3ū dicimus Intellectiuū nō Comparari ad Intellectionē tanq. ad Conō tatū realiter distinctū, dari tamē distinctionē rationis cū fundamento in re inter Intellectiuū, et Intellectionē, q.a diuersa veritas ex p.te obti s, deus potest denominari Intelligens ab Intellectione, tanq. a ratione formali; at deus Intelligit per Intellectionē frāle. et qdē quū deus æquivaleat sublatis Imperfectionibus substantiæ Intellectiuæ Creatæ, et Eius Intellectioni, recte possunt cū fundamento in re. Eiusmodi frālitates distingui.

Obicies 8.j falsū s, quod obtū præsupponatur ad sui Cognitionē, et sit ratione distinctū a Cognitione, per quā attingitur; ergo falsū s fundamentū 2m. quod nititur nostra conclusio Ant. probatur in Cognitionibus reflexiuis; ~~quod~~ potest eū esse vna visio beata Cognoscens in deo omnes Creaturas possibiles, inter quas s, ipsa visio. Itē angelus potest saltē diuinitus se Comprehendere et in se omnes suos actus, inter illos autē illa Comprehensio cognoscet se ipsā. idē patet in pluribus vocibus, et Conceptibus supra se reflectentibus, imo nō solū potest dari Eiusmodi reflectionē adæqta, sed etiā adæqta, ut in pluribus actibus videre s, quos Dialectici admittunt in Intellectu, cuius modi sunt. Ego sum Cognitio, Ego sum accidens, Ego sum vera, Ego sum falsa; in qbus Exemplis videbis Cognitionē supra se reflectentē, et consequenter nō bene nostra conclusio stabilitur, ex eo quod debeat dari rationis distinctio cū fundamento in re inter Intellectionē, et obtum repræsentatū.

R.r nostrā conclusionē sufficienter ex eo fundamēto probari, et respondemus ad Exemplū de visione beata desumptū, visionē illā, et habere obtū directū, et reflexū

et aliā esse formalitatē ipsius tendentē ad obtū directū, et ali
ā esse frālitatē ipsius tendentē ad obtū directū, et aliud esse
frālitatē ipsius prout ~~obtū~~ reflectens &; = idē de Angelo
et de quavis alia Cognitione supra se ipsā adeqte reflec
tentē, dicendū &, ubi notandū & aliud esse rem Cogno
sci, sub intrinsecis prædicatis ipsius, et aliud esse ~~qtenus~~
rem Cognosci qtenus præcise & trus alicuius respectus
transcendentalis; unde quamvis Concedamus Angelum
Comprehendentē suā virtutē Intellectivā, per hunc actum
determinatū attingere hunc eundē actū, tanq; trū huius
virtutis, quin sit nariū superaddere aliā frālitatē reflex
am; ad Cognoscendū tamē illū actū sub intrinsecis prædicatis
ipsius, et nō præcise, qua terminus & illius respectus trans
cendentalis naria & nova frālitas a priori distincta.
et consequenter semper Cognitio
saltē ratione ratiocinata distinguetur ab obto, quod Imme
diate et in se per Cognitionē repræsentat. — ad alia
Exempla respondebis propositiones illas, Ego sum vera,
Ego sū falsa cū dialecticorū consensu reijcere eas ab
Intellectu, q nullū obtū enunciant, in ordine ad quod
desumant veritatē, aut falsitatē; illa autē propositio
Ego sū Cognitio, idē dicit ac Ego sum alicuius Cognitio
et consequenter aliud & obtū Cognitionis directæ, et aliud re
flexæ: propositio autē illa, ego sum accidens nil quin
cit contra nos, nā quamvis Concedamus possibilē esse
in Intellectu illā propositionē eo modo reflectentem,
quū tamē ratio Cognitionis ratione rationata distin
guatur a ratione accidentis: fit, quod obtū Imediatū
ratione ratiocinata distinguatur a repræsentatione
per quā attingitur:

Quaestio 2a, An essa divina praescise constituatur per intellectivum radicale

Caput 1m

Exponitur difficultas, et ex sententia refertur, constat 1o ex dictis Deum non constitui per vitam actualem intellectualem, quia intellectio actualis est attributum, sicut est volitio, omnipotentia, immensitas, etc. quae supponunt essam constitutam; constat 2o in Deo reperiri praedicatum quod ab ipsa actuali intellectione tanquam a forma denominetur intelligens, et quod ad ipsam intellectionem actualem praesupponatur; constat 3o, naturam divinam debere constitui per huiusmodi praedicatum praesuppositum, et denominabile ab intellectione actuali, nam quum natura divina debeat constitui per esse vivens intellectuale, et nullum aliud praedicatum vitale intellectuale restet, per quod posset constitui, nisi intellectivum radicale, constituitur per hoc praedicatum intellectivi radicalis.

Constat 4o ex dictis in Deo reperiri volitivum radicale; nam eadem fundamenta quae convincunt in Deo dandum esse praedicatum intellectivi radicalis, convincunt esse dandum praedicatum volitivi radicalis ut manifestum est, imo possibiles videntur admittere volitivum radicale, quum tamen negent radicale intellectivum, quod quidem ex Quaesti superiori ita constat, nam quum plures constituant essam divinam per intellectionem actualem negant intellectivum radicale, quum nullum praedicatum dicant in Deo praesupponi ante intellectionem actualem, concedunt tamen essam divinam per intellectionem constitutam, esse denominandam volentem per actualem volitionem, et consequenter concedunt actum 1m volendi, sive volitivum radicale. Unde certissimum debet esse, haec duo praedicata esse in Deo distincta, et explicare duas rationes formales diversas.

ratio est facilis, quia hae propositiones reddi potest actualiter intelligens, reddi potest actualiter amans, non sunt equivalentes, et ratio huius non aequalitatis fundatur in fecunditate obti, quodque altera exprimit obiectivam veritatem, quam alia non exprimit; atqui hoc est, illa duo praedicata esse inter se distincta, et rationes illas obiectivas esse inter se diversas: atur illa duo praedicata sunt in Deo inter se distincta. et quod non est maior ratio quare omnipotentia distinguatur ab immensitate, et quodlibet aliud attributum ab alio, et intellectivum non distinguatur a volitivo.

quum quo utrumque praedicatum in Deo reperiatur, rogamus an utrumque constituat essentiam divinam. et quum iam sit statutum essentiam divinam constitui per vitam intellectualem radicalem, praesupposita ad intellectionem actualem, dubium est, an etiam vita volitiva radicalis praesupposita ad actualem volitionem constituat etiam essentiam divinam, vel an sicut volitio actualis est attributum, et extra constitutivum divinae essentiae, sit etiam volitivum radicale attributum divinae essentiae, et extra constitutivum ipsius, praesertim quum volitivum radicale videatur supponere intellectivum, per quod possit prius, et antecedenter natura divina constitui.

Parte affirmante in hoc puncto docet Pater Albertinus Tomo 2°, diffin. 14ª de relatione, dubio 2° difficultate 2ª, ubi clare, et distincte removet, intellectivum radicale, a ~~[illegible]~~ formali, et quasi specifica, divinae essentiae constitutione, et solum intellectivum radicale, ut est radix actualis intellectionis, pro differentia formali deitatis admittit. Eandem opinionem tenere videtur Curriel Libro 2° controversia 3ª nu. 180ª et 181ª, quatenus affirmat verbum procedere, ut filium, quia illi communicatur ex vi

frali suae processionis intellectualitas, quae habet ratio-
nem naturae, non vero spiritui sancto. Eiusdem etiam opinionis
videtur esse Pater Arrubal 1a parte, disp. 28. Capite 3o
numero 8o.

Referri etiam solet Pater Molina Quaest. 41a Artic.
4o. Verum hic doctor solum dicit intellectum et voluntatem
praecedere in deo intellectionem, et volitionem quin doceat
intellectionem, et volitionem essentiam constituere, imo, si ex
eo quod debeat praecedere intellectus ~~et~~ colligendum
est essentiam divinam constitui per intellectivum, et
nil deest. nil deest.

etiam erit colligendum consti-
tui per volitivum, quum aequaliter hic doctor de utroque loquatur; seq-
uuntur hanc opinionem aliqui Recentiores, 2a sententia tuetur
essentiam divinam non solum per intellectivum, sed etiam per volitivum constitui,
illam amplectuntur praecipue omnes illi, qui constituunt essentiam
divinam per radicem omnium attributorum;

Caput 2m;

Nostra sententia probatur.

nostra sententia est volitivum radicale, pertinere ad fralissimum
essentiae constitutivum. Probatur 1o: si volitivum radicale non pertineret
ad fralissimum essentiae divinae constitutivum, daretur in deo conceptus
aliquis, qui actualiter amaret, qui tamen esset extra conceptum
quidditativum divinae essentiae; sed hoc non potest dici: ergo neq.
asserendum est volitivum radicale non pertinere ad fralissimum concep-
tum divinae essentiae. Maior, et consequentia sunt evidentes. Minor
probatur, quia gratis confingitur ille conceptus qui actualiter amet,
et accipiat denominationem volentis, quando satis est ad amandum,
et ad hanc denominationem volentis ipsa divina essentia; neq.
enim multiplicandi sunt conceptus absque necessitate;

Pr satis est ad amandum ipsa essa divina, et ad accipiendum denominationem volendi: ergo non datur conceptus aliquis, qui actualiter amet, aut vellet, qui sit extra constitutivum essae divinae.

Confirmatur: Eodem modo discurrendum est de intellectivo ac de volitivo; Pr extra divinam essam, nullus alius datur conceptus, qui sit ~~voliti~~ intellectivus: ergo extra divinam essam nullus alius datur, conceptus, qui sit volitivus. et quidem si daretur alius conceptus extra essam, qui reddatur volens et amans darentur in deo duo conceptus, quin reddantur volentes, et amantes, quum negari non possit ipsam essentiam divinam denominari volentem, et amantem, et illum alium conceptum. Unde fit, quod sicut essa divina constituitur per intellectivum, quia ipsa est, quae denominatur intelligens ab intellectione actuali, ~~et~~ eodem modo constituetur per volitivum, quia ipsa est, quae denominatur volens per volitionem actualem.

Probatur 2°: essa divina, vel redditur actualiter amans, vel non redditur actualiter amans. non potest dici, quod non reddatur actualiter amans: ergo asserendum est reddi actualiter amantem: maior est certa. consequentia legitime infertur, et probatur minor: essa divina est de linea vitali perfectissima; Pr eo ipso, quod sit de linea vitali perfectissima, debet reddi actualiter amans, per volitionem actualem, quum linea vitalis perfectissima involvat actum primum ad utramque denominationem, et intelligentis, et amantis: ergo asserendum est essam divinam reddi actualiter amantem per volitionem actualem. et quidem, si non reddatur amans essa divina per amorem actualem, assignandum est clarum, et apertum discrimen, cur reddatur actualiter intelligens, et non actualiter amans. dum ergo non assignatur hoc discrimen, asserimus essam divinam per intellectivum, et volitivum essentialiter constitui.

firmatur: substancia intellectiua creata denominatur volens, et amans per volitionem, et amorem ab ipsa productum, ergo substancia intellectiua diuina denominatur volens, et amans per volitionem, et amorem secum ipsa identificatum. Consequentia probatur, quia substancia diuina intellectualis non est minus nobilis, quam substancia intellectiua creata, ut haec denominetur volens, et amans per suam volitionem, et amorem productum, non vero substancia intellectiua diuina per suam volitionem, et amorem secum identificatum, quum infinite nobilior, et excellentior sit, substancia intellectiua diuina, quam creata: ergo sicut substancia creata denominatur volens, et amans per volitionem, et amorem productum, ita etiam substancia intellectiua diuina per volitionem, et amorem inproductum. Antecedens probatur, quia potencia intellectiua, et volitiua non distinguuntur realiter ab anima, ut nos docuimus in libris de anima, nam anima ipsa absque potencijs superadditis habet sufficientem virtutem ad intelligendum, et amandum, unde, neque egat principio aliquo superaddito receptiuo, aut effectiuo, ad ~~[illegible]~~ accipiendam denominationem intelligentis, aut amantis: ergo substancia ipsa creata denominatur volens, et amans per volitionem, et amorem ab ipsa productum.

Dices: sufficit, quod essa diuina denominetur volens, et amans mediate, non vero requiritur, quod immediate denominetur. Probatur contra est 1°, quia eadem ratione posset dici, essam diuinam non denominari immediate intelligentem. Contra est 2°, quia etiamsi demus volitiuum radicale esse attributum ad essam diuinam subsequutum, et extra fralissimum ipsius constitutiuum, ostendo essam diuinam esse constituendam per volitiuum radicale. hoc volitiuum radicale, quod tu pro asseris esse attributum et extra fralissimum essentiae constitutiuum, oritur tanquam a radice ab ipsa essa diuina, quodque ad ipsam subsequitur: ergo essa diuina est radix huius volitiui radicalis, quare sicut constituitur per radicem intellectionis, et aliorum attributorum, constituetur etiam per radicem huius volitiui, et consequenter per volitiuum radicale, licet magis mediatum, essa diuina constituetur.

haec ratio meo iudicio

quincit quod intendimus. nam si reliqua attributa immediate deno
minant essentiam divinam, cui intelliguntur supervenire, et ipsa essentia
divina est primus fons, et radix, a qua intelliguntur oriri
perfectiones attributales, quum volitivum radicale iuxta hos
doctores sit attributum, immediate denominabit essentiam divinam,
et ipsa erit primus fons, et radix, a qua oritur volitivum
illud radicale. unde fiet, quod essentia divina erit radix huius
radicis, et consequenter erit radicale volitivum, magis remotum, et
mediatum, et consequenter sicut essentia divina per radicem intellectionis,
ita per radicem volitionis constituetur.

Probatur 3°: ultimum, et differentiale
essentiae divinae constitutivum debet esse 1ª radix libertatis, sive
1ª libertas radicalis, nam quum deus sit essentialiter 1m liberum,
debet saltem habere per essentiam libertatem, 1am radicalem, cui debita
omnino sit libertas formalis; sed 1ª libertas radicalis, sive
1ª radix libertatis constituitur per exigentiam intellectionis,
et volitionis: ergo essentia divina constituetur per intellectivum
et volitivum. Maior tanq. certa et supponenda. Probatur
Minor: libertas formalis constituitur per intellectivum, et volitivum
formale, nam quum dicat potentiam, quae pro suo dominio
possit se flectere ad extremum, quod ipsi placuerit
debet includere potentiam ad cognoscendum: ~~[illegible]~~
et volendum ergo libertas radicalis constituitur per
exigentiam intellectionis, et volitionis, et consequenter
per intellectivum, et volitivum radicale.

Caput 3m

Obiectis contraria fundamenta dissipantur.

ꝛ opponej Intellectiuũ radicale prius ꝺ, quã volitiuũ radicale. qtũr hoc nõ ꝟ ſtituit ſatiſſime ꝺilatꝫ, ꝟ ſegꝟ ſia Obatur, q illud ꝟſtituit ſatiſſime ꝺilatꝫ, quꝺ ſuppoñitur ad falia, q̃a ſunt in deo, at idẽo Intellectio, et volitio nõ ꝟſtituunt ſatiſſime ꝺilatꝫ, q ſuppoñunt Primariũ q̃ꝺa ꝓxpti, Cui ꝺebentur, at quꝫ ꝺenominant; ꝺ volitiuũ radicale ſuppoñit Intellectiuũ tanq; Primariũ ẽxptũ Cui ꝺebetur, at quem ꝺenominat; qtũr volitiuũ radicale nõ ꝟſtituit ſatiſſime ꝺilatꝫ. Ant Obatur; Intellectio actualis ꝺ Prior, quam volitio actualis, qꝺoqꝺ ſemper ꝺebꝫ ꝺ principiũ illud, nil volitũ quin ꝓcognitũ: qtũr et Intellectiuũ radicale prius ꝺ, q̃ volitiuũ radicale.

ante ſolutionẽ notandũ ꝺ hoc Argumento Probari hominẽ nõ ꝟſtituꝫ eſſentiã per Iudicatiuũ, et ꝺiſcurſiuũ, ꝟ ſic retorqueo Argumentũ. apprehenſiuũ prius ꝺ in homine q̃ã Iudicatiuũ, at ꝺiſcurſiuũ; qtũr hoc nõ ꝟſtituunt eſſentiã hominis. ꝟ ſegꝟia Obatur, q̃a illud ꝟſtituit eſſentiã hominis, quꝺ ſuppoñitur ad alia, q̃a ſunt in homine. ꝺ apprehenſiuũ ſuppoñitur ad Iudicatiuũ, at ꝺiſcurſiuũ, at hoc ſubſequitur ꝺ apprehenſiuũ: qtũr per apprehenſiuũ ꝓcipue homo ꝟſtituitur. q̃ꝫ q̃ꝺ dicendũ nõ ꝟſt, hominẽ ꝓcipue ꝟſtituꝫ per apprehenſiuũ, ꝟ Argumentũ ad omnẽ ſolubꝫ ꝺ.

hoc ſuppoſito Obtur; negꝺ Ant; ad Probationẽ Concꝺo Ante argꝺa ꝺ, ſegꝟia. namq; Intellectio et volitio ſubſtant Eũ Ordine Prioritatis, at poſſe ſubſtare; unde ꝺat optime, quꝺ Intellectio, ꝟ Prior, q̃a volitio, et quꝺ Intellectiuũ nõ ſit volitione prius, nõ ratio ꝺ, q̃a nõ repugnat Principiũ aliquꝺ indigere alio, at habere ſuũ effectũ, et nõ indigere alio ut exiſtat, quꝺ Euidenter ꝓbat in pluribꝫ Cauſis, quæ quũ nõ habeant Exigentiã alterius, ut exiſtant, habent tamẽ Exigentiã alterius ut

ut operentur; unde nō repugnat, quod hoc Causa in re existat, quin existat illa, qua indiget, ut operetur, q.a nō indiget illa ad sui Existiā, sed ad Exercitiū suæ virtutis.

Et q.do neq. indiget illa, neq. illā supponit ad sui Existiā, nō est illa posterior. quod si ad operandū indigeat solū ex eo quincitur operationem istius Causæ indigentis, sive dependentis, esse posteriorem, aut altera Causa quā indiget, aut operatione illius. = quū g.o volitivū nō indigeat Intellectivo, tanq. aliquo præsupposito ad sui Existiā, sed solū indigeat Intellectivo ad Exercitiū suæ virtutis, fit, quod Intellectivū nō sit prius volitivo, neq. hoc ad illud subsequatur, q.a solū sequitur quod Exercitiū volitivi, nempe volitio, sit posterius Intellectivo, aut Intellectione. unde ex hoc Argu. nō probatur volitivū esse attributū ad Essā divinā subsequutū. Propter 2.o dig.do ant. Intellectivū radicale prius est quā radicale volitivū proximū, et immediatū, omitto ant. quā radicale volitivū mediatū, et magis remotū, nego ant. demus adversarij, volitivū esse attributū, ab Essa divina dimanans, et extra falsissimū ipsi constitutivū adhuc tamē neq. nō est Essa divina, per quodcūq. prædicatū hæc constituatur, esse radicē, et fontē huius attributi; Essa g.o divina, sive per Intellectivū radicale, sive per quodcūq. aliud prædicatū constituatur erit radix huius volitivi et sequitur per hoc radicale volitivū remotū et mediatū, sive per radicē huius volitivi constituetur; unde in quocūq. eventu, erit vera nostra conclusio. 3.o opponens instando superius Argumentū eo modo percipiuntur in Deo radices quæ sunt

termini, et termini habeant eũ ordine priorit. ad posteriorit. quam
posteriorit. quam habet ad ordine, et sic habeant eundem
ordinem, et sic erit unus terminus, qui voluntas
una, et prior et nobilior, qua voluntas maior
et melior. Concupiscibilis, et irascibilis, et quidquid
sit, in ordine ad bonum, quia concupiscibilis et irascibilis
sunt in ordine ad actum intelligendi, et sic
est nobilior, et concupiscibilis quam irascibilis
sit in ordine ad actum voluntatis, et sic voluntas
quam tria, et quia modo assumitur in eo modo, quo
sunt tria, et quia sic habeant priorit. et
posteriorit. sit, quidem modo habeant priorit. et
posteriorit. ad posteriorit. Ad primum ergo dicendum
quod differentia non dat solutionem quia
differentia differt, ad diversitatem rationis,
sed non ad diversitatem subjecti, et ideo non excludit
rationem generis, sicut dictum est. Ad secundum dicendum
quod intelligere et velle quamvis realiter
sint unum, tamen differunt ratione, et ideo
ratio intelligibilis et volibilis

Rº q. Ex doctrina, iam tradita, distinguo ma: Eo modo concipiuntur in deo radices, quo sunt tres, quo radices concipiuntur sese exercentes, siue quasi operantes, concedo ma: quo radices concipiuntur prosciscentes existentes, quin reducantur ad exercitum suae virtutis: nego ma: itaque in deo, non est prius intellectiuum, quam volitiuum quod hae radices concipiuntur prosciscentes existentes, quia tam cito (ut ita dicam) deus est intellectiuus, quam volitiuus, quoad existentiam harum virtutum, licet non tam cito sit volitiuus quam intellectiuus, quoad exercitum siue quasi operationem, harum virtutum; quia prius deus debet operari, siue quasi operari per intellectum, quam per voluntatem operetur, siue quasi operetur. — ad probationem ma: dicimus conceptibilitatem perfectionis et radicis esse quod in ordine ad terminos habentes inter se prioritatem, et posterioritatem, verum hanc prioritatem, et posterioritatem non exerceri inter radices, sed inter solos tres

Caput 4m

Alia fundamenta euertuntur.

2º oppones, per praedicatum illud sufficienter constituitur deitas, quod prius et perfectius in deo, et per quod sufficienter distinguitur deitas a quolibet alio praedicato

2º oderno de attributis

Sed Intellectivo radicali a se, et essentialiter infinito nil est prius in deo et perfectius et per illud sufficienter distinguitur deitas a quolibet alio: igitur per Intellectivum radicale a se, et essentialiter infinitum sufficienter deitas constituitur. Probatur minor, quia Intellectivo nil potest esse prius in deo, et quamvis non sit positive prius volitivo, adhuc non est illo posterius, quod quidem illud non supponit, ut est evidens: rursus maiorem perfectionem explicat virtus Intelligendi, quam volendi, et per hanc virtutem Intelligendi a se, et essentialiter Infinitam non potest convenire cum alio Ente, quod non sit Deus: igitur et

Cae: Ad Argu: respondendo dicimus in primis praedicatum Intellectivi non esse positive prius alijs praedicatis, quia ut iam probatum est, saltem non est positive prius volitivo, quia illud non inferret, tanquam attributum subsequutum, sed simul est in deo praedicatum Intellectivi, et volitivi. Rursus, quamvis demus Intellectivum esse perfectius volitivo, (de quo poterat aliquis dubitare) adhuc complexum ex utroque praedicato superaret Intellectivum seorsim, et consequenter dum non probatur volitivum radicale esse attributum plane convincitur deitatem constituere. Rursus dicimus, quod quamvis Intellectivum esset prius, non ex hoc deducitur non constituere deitatem, quia Judicativum est prius discursivo, et tamen utrumque praedicatum constituit essentialiter hominem, ut iam docuimus Capite 3°;

Praeterea dicimus, quod quamvis sufficienter deitas differat ab omnibus alijs Entitatibus per Intellectivum radicale Infinitum, cui debeatur Intellectio simpliciter Infinita, tamen constitui adhuc potest per volitivum, et per illud etiam sufficienter distingui.

nā aliud ē unū prædicatū requiri, ut ab alijs distinguatur aliud ē requiri, ut essa divina sit, perfectissime constituta in sua Linea; et hoc ostendo manifeste. si nō essent possibilia alia Animalia ab homine, sufficienter hōō distingueretur per Animal, ab alijs Entibus, neq; indigeret differa rationali, per quā modo distinguitur ab alijs, et tamē nō fieret hominē nō constitui essentialiter, ex duobus conceptibus, quorum alter ē Animal et alter rationale. aliud g° ē requiri ut ab alijs distinguatur, et aliud ē requiri, ut essa sit adæqte constituta.

4° opponens, sanctū Justinū Martirem Quæsti 3ª ad Gentiles, etenim cum Gentiles dixisset nō reperiri distinctionē inter essā, et velle dei; Justinus refutat hanc doctrinā sic asserens. aliud ē substancia dei, et aliud ē voluntas Dei, etcæ. Respondetur 1° sanctū Justinū loqui de volitione actuali, et illā dicit frālissime ab essa distingui, quod nos libenter fatemur. Respondetur 2° Egregie sanctū Justinū assignasse differā inter essā, et voluntatē divinā, nā licet essa dicat frālissime voluntatē, superaddit tamē aliū conceptū, vi cuius distinguatur ad voluntate, distinctione includentis ab incluso, et consequenter aliud ē substancia dei, et aliud eius voluntas.

5° opponens, stū Thomā pluribus in locis asserētē voluntatē consequi ad intellectū, et intellectū esse priorē voluntate et consequenter ex mente Angelici Magistri, voluntas ē attributū. Respondetur 1° stū Thomā aliqdo loqui de actuali volitione, quā significat nomine voluntatis, quæ usurpatio satis ē frequens, et hanc dicit consequi ad cognitionem

et ad Intellectum, quam doctrinam nos, utpote verissimam, amplectimur.
Respondetur 2°. aliquando sanctum doctorem loqui de ipsa voluntate, quae
redditur volens, et amans, et quando dicit voluntatem consequi
ad Intellectum, solum intendit consequi quoad operationem, et denomi
nationem actualiter volentis, et amantis ac si diceret, =
voluntas sequitur Intellectum in operando. quae doctrina a nobis
in superioribus est stabilita.

Ex quibus omnibus manifestum est utramque
vitam, primariam, et radicalem, Intellectivam, et volitivam constitu
ere divinam essentiam. et quidem quum vivens perfectissimum includat
utramque virtutem, et Intelligendi et volendi, deitas debet utramque
virtutem includere, quum per gradum vitae nobilissimum constitui
debeat, praesertim quum satis efficaciter sit ostensum, eandem di=
vinam essentiam, quae denominabilis est per attributum Intellectionis,
esse etiam denominabilem per attributum volitionis, et consequenter
non esse nam dicere, volitivum radicale esse attributum, ad
essentiam divinam subsequutum. an autem per haec solum praedicata,
essentia divina constituatur, restat decidendum.

Quaestio 3a

Impugnatur sententia asserens essentiam divi
nam constitui per collectionem omnium attri
butorum.

Caput 1m

Statuitur essentiam divinam non constitui 3bus
relationibus divinis, et proponitur
sententia asserens constitui per omnes perfec
tiones absolutas.

in deo reperiuntur praedicata, non solum communia creaturis,

Sed alia Dei proprissima, quae nulli Creaturae Competere possunt, v. g. esse Intelligens, Comprehensione rerum omnium infinita, substantialia, et increata, esse volens, et amans, Infinito, et substantiali amore, esse omnipotens, et alia huiusmodi. inter haec praedicata Dei proprissima, alia sunt absoluta, et alia ~~relativa~~ relativa, sive personalia; praedicata absoluta quoad praesens attinet, vocantur, quae omnibus divinis Trinitatis personis conveniunt: praedicata vero relativa, sive personalia, quia sunt tres subsistentiae relativae, non sunt Communia tribus personis Trinitatis, quae sunt illa, quibus personae Trinitatis invicem distinguuntur.

haec ergo praedicata personalia sive relativa, quibus personae invicem distinguuntur, non constituere formalissime divinam Naturam, certissimum mihi est. et licet haec veritas Communissima sit inter doctores, breviter tamen probanda est. 1° probatur, si 3 subsistentiae relativae essent de conceptu formalissimo divinae Naturae Pater (idem de Spiritu Sto dictum existima) non esset Deus; sed hoc est falsum: ergo 3 subsistentiae relativae non sunt de conceptu formalissimo deitatis. maior probatur, quia Patri non convenit praedicatum illud, per quod a filio distinguitur; sed illo praedicato formalissime constituitur Deus: ergo Pater non esset Deus. maior est evidens, alias non distingueretur filius a Patre etenim distinctio contingit ex praedicato, quod in altero Extremo est, in alio vero non: ergo si praedicatum conveniret utrique Extremo, non posset esse illud, per quod Extrema distinguerentur: ergo Patri non conveniret praedicatum illud per quod a filio distinguitur. 2° probatur: si essa divina constitueretur 3bus subsistentiis relativis, essa divina non foret Ens improductum, et non supponens principium aliquod Existentiae suae; sed hoc dici non potest; ergo et cae. sequela probatur, quia ut Ens dicatur productum sufficit quod aliquod sui praedicatum sit productum.

Pro duae personalitates, quae supponuntur esse de formalissimo conceptu essentiae divinae sunt productae; ergo et essa divina esset producta et consequenter supponeret principium aliquod existentiae suae. Nam illud, quod est sufficiens, ut principium dicatur producens satis est ut terminus dicatur productus; sed ut principium dicatur producens, satis est, quod producat unam partem constitutivam, ut videmus in igne, qui dicitur principium productivum alterius ignis ex eo quod producat formam, licet non constet producat materiam constitutivam ignis: ergo ut terminus dicatur productus, et supponens principium existentiae suae, satis est, quod una pars constitutiva ipsius producatur.

Confirmatur: 2a, et 3a persona sanctissimae Trinitatis ex eo dicuntur productae et supponere principium sui productivum, quia aliquid, quod est de formalissimo conceptu 2ae, et 3ae personae est terminus productus, et supponit principium sui productivum; sed si divina essa constitueretur 3bus subsistentiis relativis, aliquid, quod esset de formalissimo conceptu essentiae, esset terminus productus, et supponeret principium sui productivum nempe filiatio, et spiratio passiva: ergo si divina essa constitueretur, tribus subsistentiis relativis, essa divina esset terminus productus, et supponeret principium sui productivum. Totus discursus evidentissimus est: quum ergo constet, essam divinam non esse productam, et non supponere principium productivum sui, fatendum est non constitui 3bus subsistentiis relativis.

Exclusis itaque a constitutione divinae essentiae praedicatis relativis, sive personalibus, defendunt plures essam divinam constitui praedicatis absolutis communibus omnibus personis, sanctissimae Trinitatis, sive collectione omnium perfectionum, quae sunt simpliciter simplices, et nullam involvunt imperfectionem. Ita Pater Didacus Venis de Montoya disp. 8a de Trinitate sect. 5a ubi plurima sanctorum Patrum suffragia adducere tentat in suae sententiae confirmationem. Ita etiam Egidius de praesentatione tomo 1o Libro 5o Quaest. 3a Arti 2o § 4o, magister Albis, tractatu 1o de scientia dei, disp. 2a, sect. 6a plurisque

alij asserentes attributa omnia esse de conceptu dei, quibus adhaerent nobiles, et ingeniosi Doctores.

Caput 2.m Recitatur haec sententia

quam nos in superioribus admiserimus in deo actum primum intelligendi et volendi, et docuerimus per illos essentiam divinam esse constituendam, et excluserimus intellectionem, et volitionem ab actuali essentiae constitutione, cogimur consequenter asserere essentiam divinam per collectionem omnium attributorum, et perfectionum absolutarum non constitui, caeterum quia in re gravissima sumus, oportet hanc nostram resolutionem authoritate patrum convenire, et inprimis adducimus verba sti Justini iam citata Quaest. 2.a Cap. 4.o asserentis aliud esse substantiam dei, et aliud voluntas dei; in quibus manifeste excludit attributum actualis volitionis a metaphysica essentiae divinae constitutione.

Repetit hanc eandem veritatem in eadem Quaestione 3.a, nam ita loquitur inest essentiae voluntas, alia quippe est essentia dei, et alia voluntas. si voluntas dei (per quam vocem volitionem actualem esse intelligendam iam docuimus) taliter se habet rei essentiae, ut ipsi dicatur inesse, manifestum est esse aliquid ad essentiam consequutum, et consequenter extra formalissimum essentiae constitutionem. attendite quaeso verbis, quae immediate adiungit. si voluntas dei ex essentia est, essentia autem non ex voluntate, alia certe essentia dei, et alia voluntas est; quum ergo affirmet Justinus volitionem actualem ab essentia divina esse provenientem, ipsum pro sententia nostra pugnare non est ambigendum, et consequenter ex mente sancti doctoris, essentia divina non constituitur per collectionem omnium attributorum, etc.

Sto Nicenus Libro posteriori de Sanctissima Trinitate ita fatur, bonum, justum, et similia nomina

Intelligi circa naturam Dei, et qui illorum, et naturae rationem reddit ac definitionem non eandem reddere utrorumque rationem quorum autem ratio, definitione diversa, eorum quoque natura differens &c: quatur aliquid aliud essa: et cae., in quibus verbis Egregius iste doctor praecipue docet bonitatem, Justitiam, et alia attributa non esse intra naturam, sed citra naturam divinam, et quodcunque voluerit aliquis conficere definitionem naturae, et attributorum narium esse, quod diversam tradat definitionem, quia ratio horum diversa &c; Censit ergo attributa non esse de formalissimo conceptu naturae, quia si essent de formalissimo illius conceptu, essent intra non circa naturam, et non esset narium diversam tradere definitionem pro attributis, et pro natura.

Consentit ipsum fere verbis Sanctus Damascenus Libro 1° fidei Ca: 4°, si bonum, si iustum, si sapiens, si quidvis aliud dixeris, non naturam dicis Dei, sed ea quae circa naturam; quum autem haec sint attributa, haec explicando, non ~~explica~~ explicamus formalissimum naturae constitutivum, et Capite 12° dicit, bonum, iustum, sanctum, naturam consequi; non autem substantiam, id est essam ostendere. non potest autem consequi substantiam, et essam, id, quod formalissime constituit substantiam, et essam: quatur si haec attributa consequuntur, haec non constituunt essam: similia habet praestantissimus Ecclesiae Theologus, Gregorius Nacianenus, et alii patres quos omitto.

Respondent adversae partis defensores, et ex eis recentissimus quidam magister, hos patres (verba sunt ipsius expressa) loqui de rudi, et imperfecto nostro modo concipiendi, divina ut per species desumptas a substantiis creatis, quum enim videamus reliquas substantias creatas compleri, ac perfici per qualitates, ab ipsa substantia distinctas,

in totum consuetudo nostra Concipiendi traducit ad Deum: unde quemadmodum concipimus Attributa quasi proprietates essentiae, vel quasi accidentia illius, quamvis vera non sint proprietates, vel accidentia: a ita eadem attributa concipimus, quasi forent extra essentiam, quamvis revera non sint extra, sed potius omnino intra essentiam. iste autem concipiendi modus corrigendus est a Theologis maturo, et quasi reflexo Judicio divina considerantibus.

haec solutio non explicat mentem sanctorum Patrum. nam Patres intendunt debere concedi in Deo attributa ab essentia dimanantia (sublatis imperfectionibus) productionis, et potencialitatis, quas videmus in passionibus, et proprietatibus creatis, a substancijs creatis procedentibus: unde quando ponimus huiusmodi praedicata in Deo, non relucet imperfectio nostri rudis concipiendi modi in eo, quod haec praedicata contraria sive quasi contraria in Deo constituamus, sed in eo quod concipiamus illa, tanquam accidentia supervenientia, quum tamen revera talia non sint: contenduntque dari in divina entitate in se simplicissima fundamentum, ut nos dicamus aliud esse essentiam, et aliud esse attributum. quum quod hoc contendant Patres, tu contrarium dicis, et apperte confiteris in hac tua solutione Patres fuisse deceptos in contemplatione divinae substanciae.

nam tunc aliquis apperte decipitur, quando rem concipit aliter ac est; sed Patres concipientes divinam essentiam fratrissime non constitui sapientia, voluntate, justicia et alijs similibus praedicatis, conceperunt divinam essentiam, aliter, ac est, ut tu ipse profers in tua solutione: quatur apperte fateris Patres fuisse deceptos in contemplatione divinae substanciae et essentiae. Ego autem non capio, quomodo explicentur Patres asserendo eos concepisse divinam essentiam aliter, ac est. = audi sanctum Basilium tuam ridentem solutionem, et doctrinam libro 1° contra Eunomium: quonam pacto non ridendus, si creandi virtutem substanciam esse dicat. si providentiam, rursus

substantiam eodem modo praescientiam, et omnem itidem operationem substantiam putet;

Caput 2.m

Ulterius eadem sententia repellitur.

Argumentemur a ratione, contra praedictam sententiam. 1.a ergo ratio sic instruitur: nomine essentiae, seu naturae intelligimus praedicatum illud, quod est radix caeterorum, sive cui debentur perfectiones aliae denominantes, et perficientes illud 1.m praedicatum: igitur collectio omnium attributorum, et perfectionum absolutarum non est essentia, et natura. consequentia probatur, quia collectio omnium attributorum, et perfectionum absolutarum denominat, ~~et perficit~~ aliam primam radicem, et 1.m aliud praedicatum, quod supponunt. Antecedens patet, in homine, et in Angelo, in quibus essentiam, et naturam appellamus perfectionem illam substantialem, praesupposita, perfectibilem, et denominabilem ab aliis formis, quae ipsis debentur; datur tamen hoc discrimen, quod essentia creata est perfectibilis, et denominabilis a formis, realiter distinctis; essentia vero divina a formis secum realiter identificatis; sed hoc parum interest ad praesens institutum.

Confirmatur: eodem modo discurrendum est de essentia divina, ac de creata, sublatis imperfectionibus sive quando nullum adest imperfectionis periculum, et quando fides contrariam non doceat, sed essentia creata constituitur per illum 1.m conceptum cui tanquam radici et rationi a priori debentur perfectiones aliae contrariae denominantes, et perficientes: igitur essentia divina debet constitui per 1.m illum conceptum

~~per~~ 1m ~~illum conceptum~~, cui tanq. radici, et rationi a priori debentur aliae perfectiones secundariae denominantes, et perficientes, quum ex hoc nullum sequatur imperfectionis periculum, et fides contrarium non doceat. recolenda sunt quae diximus Quaest. 1a, et 2a, ubi admisimus in deo actum 1m, intelligendi, et volendi, et argumenta contraria dissolvimus.

Oppent adversarii dupliciter posse deberi perfectionem aliquam alteri praedicato. 1o realiter, quatenus tale praedicatum petit esse realiter, vt. per realem identitatem illam perfectionem, vel saltem petit illam per realem unionem, ut rationali debetur perfectio animalis, et igni perfectio caloris; 2o formaliter, quatenus petit includere in suo conceptu formali illam perfectionem, aut quatenus petit esse illam formaliter, ad eum modum, quo homini debetur perfectio animalis, aut animali debetur esse principium sensationis. quum ergo certum sit deo non deberi attributa per physicam, et realem unionem, sequitur, quod solum ipsi debeantur, aut per realem identitatem, aut formaliter asserunt ergo deitati deberi sua attributa formaliter, quia perfectior esset essentia divina, si hoc modo illi deberentur suae perfectiones, quam si praecise deberentur realiter, sive per realem identitatem.

2a ratio, et quae simul evertit hanc solutionem, sic efformatur; si divina essentia formalissime constitueretur per omnia sua attributa, maxime quia deberet formalissime includere omnem perfectionem possibilem in omni linea, non includente imperfectionem; sed haec ratio est insufficiens: ergo non constituitur formalissime per omnia sua attributa. minor probatur

q a nõ ꝺ magꝭ ꝺ ꝺcepte ſpaliſſimo ꝺiuina eſſa includere
abſolute omnẽ ꝙfectiõꝝ poſſibiliũ in omni linea, nõ includu
ꝺntur Imꝑfectiõꝝ, qua ꝺ ꝺcepte cuiuſlibt attributi
includere omnẽ ꝙfectiõꝝ poſſibiliũ in linea attributi; ꝺ nõ
ꝺ ꝺcepte cuiuſlibt attributi formaliſſime includere
omnẽ ꝙfectiõꝝ poſſibiliũ in linea attributi: q̃ſ nõ ꝺ
ꝺ ꝺcepte ſpaliſſimo eſſentie includere omnẽ ꝙfectionẽ
abſolute poſſibiliũ. ſicut q̃ attributũ ſua ꝓpria linea
ꝺtentũ ꝺ, includendo ꝓpꝛie ꝙfectiones ꝑticulares attri
buti, ita, ꝺ eſſa ꝺtenta ꝺ includendo omnẽ ꝙfectionẽ
primariã, nõ vero ꝺariã.

Firmatur: ꝙfectiones ita abſolute
ꝺ denominantes ſic ſe habent ad Imꝺicẽ, ut alia ꝓ
feſſione nõ ꝺſtituantur Ex ꝺ alijs, ut ꝑꝺt in Intellec
tione, qua ꝓfeſſione nõ ꝺſtituitur Ex Volitione: q̃ſ
ꝺ ꝺcepte denominabꝫ formaliſſime nõ ꝺſtituetur Ex
ꝙfectionibꝫ denominantibꝫ; ꝺ qm̃ eſſa diuina ſit ſpiritꝰ
lꝭ, denominabꝫ; ſequitur eſſa diuina, Ex ꝙfectionibꝫ
denominantibꝫ nõ eſſe ꝺſtituenꝺa. Dñ q eſſa diuina
ꝺtineat omnẽ ꝙfectionẽ, qua ꝓſtituit in linea prima
ria, ꝺ eſſentia poterit ꝺtinere ſufficienter eiuſ ꝙfectiõ
~~nes~~ ~~ni~~ ꝺſtituere, ſicut ꝺ ꝺſtituit ꝙfectiones eiuſꝫ
attributi, ſi dicamꝰ iſſa ꝺtinere ꝙfectiones tales ꝑ
ticulares, attributi;

Ratio fit; talis ꝺgrediendꝫ ꝺ
ꝓncipia naturalia, qua nos ducunt ad ꝺi cognitio
nẽ, ꝺ cum remus, ſi dicamus cumulũ omniũ attributorũ
ꝓbare aliquã ꝓdicã, in qua radicentur, ꝺ ꝺ ſi
colligantur; ergo q̃ inter hanc radicã, ꝺ ꝙfectiones
illas, qua in illa radicantur, nõne poterit ~~dicere~~
mus habere ꝺ componendã eſſa, radix, qua ꝙfectiones

alia radicata: nam radix illa in qua omnis perfectio actualis, sive per modum actus secundi radicatur est Ens omnium excellentissimum: igitur radix illa erit essa divina, et nisi velis facere Jugli de nomine, sufficienter in illa radice invenitur, quod ad esse divinae constitutionem narium est; gratis ergo dicis eam, per collectionem omnium attributorum constitui.

Caput 4.m

Argumentorum impetus retardatur

Arguitur 1.o: essa divina debet esse Ens summe ac infinite perfectum, in omni Linea, et quo nil deest. nil deest. nil deest —

et quo nil perfectius possit excogitari; sed tale Ens constituitur adaequate ex omnibus omnino perfectionibus divinis, absolutis, et simpliciter narijs: igitur essa divina constituitur adaequate per tale aggregatum omnium perfectionum praedictarum, consequentia est legitima; maior probatur 1.o, ex Comuni Patrum, et Theologorum consensu. 2.o, quia per nullum trum vocale, aut conceptum mentale possumus explicite, et directe explicare de divinis personis aliquid perfectius, quam id, quod explicite, et directe praedicatur per hunc terminum, aut conceptum Deus. 3.o, quia si hic terminus Deus non explicaret Ens summe et infinite perfectum in omni Linea aliquid aliud restaret explicandum, et consequenter esset inutilis ad explicandum verum Deum, quem adoramus;

Minor deinde probatur praecise ablata qualibet perfectione absoluta, simpliciter naria, non remanet Ens, summe, ac infinite perfectum in omni Linea, et quo nil melius excogitari possit

qtur tale Ens constituitur adeqte ex omnibus divinis perfectionibus absolutis, et simpliciter necessarijs. Consequentia patet, ex principio ab omnibus pro rerum constitutivis pro statuto. Ant probatur, nam quaecunque perfectio divina absolute, et simpliciter naria, et perfectio simpliciter simplex, quae melior est ipsa quam non ipsa; qtur Ea absolute non relinquitur Ens summe ac infinite perfectum in omni Linea, et quo nil perfectius Excogitari potest, quandoquidem Ens summe, ac infinite perfectum in omni Linea, debet includere omnem perfectionem simpliciter simplicem.

Propter distinguendo ma: essa divina debet esse Ens summe ac infinite perfectum in omni Linea pertinenti ad essam: Concedo ma: debet esse Ens summe, et infinite perfectum in omni Linea: non pertinenti ad essam, nego ma: ad probationem maioris dicimus ad 1m patrum et Theologorum consensum solum intendere essam divinam esse summe, et infinite perfectam in Linea essae, non vero debere esse summe, et infinite perfectam in alia Linea. ad 2m dicimus per hunc trum Deus nil perfectius posse Explicari in Linea essentiae, et consequenter nullum praedicatum potest de deo Explicari perfectius nil dicit quam id quod per hunc terminum Deus praedicatur de deo; ad hoc autem non est necessarium, quod deitas formaliter omnibus praedicatis absolutis constituatur, sed sufficit, quod constituatur per praedicatum ~~realiter~~ radicaliter, sive Eminenter continens alia praedicata. ad 3m affirmamus aliquid aliud restare formaliter Explicandum per alios terminos, quod non pertinet formaliter ad essam, praeter id quod formaliter Explicatur per

terminum Deus.

Quum hoc Argumentum sit praecipuum adversae partis, placuit illud retorquere contra adversarios ipsos in relationibus divinis. Si enim essa divina debet esse Ens omnium perfectissimum, qualiter ab adversarijs intenditur, deberet constitui relationibus divinis, nam coniunctum ex omnibus praedicatis absolutis, et relativis perfectius quid est, quam sola praedicata absoluta; sed hoc dici non potest: ergo et cae. = neque obstat si recurras ad inconvenientia, quae inde sequerentur, nam si stemus rationi a priori, quam tu assignas pro essentia divina constitutivo, infertur essam divinam esse constituendam subsistentijs relativis, quod sit de inconvenientibus inde sequutis. Placuit etiam alio modo distinguere maiorem illam propositionem, essa divina debet esse Ens summe ac infinite perfectum, si fiat comparatio cum singulis alijs perfectionibus quas extra essam collocamus, concedo ma: debet esse Ens summe, ac infinite perfectum perfectiori eo modo, quo ab Argumento intenditur nego ma:

Arguitur 2° insistendo iterum rationi propositae; magis perfecta erit essa divina si denominetur a perfectionibus non adaequate ab ipsa distinctis sed a perfectionibus in ipsa formaliter, et essentialiter inclusis; nam quando denominaretur a perfectionibus, in ipsa formaliter et essentialiter inclusis, erit essa divina infinite perfecta

essentialiter, et formaliter; quando vero denominaretur a perfectionibus adaequate ab ipsa essentia divina distinctis, erit essentia divina accidentaliter tantum infinite perfecta. atqui quis non videat melius de divinitate sentire eum, qui diceret essentiam divinam denominari a perfectionibus simpliciter simplicibus, formaliter, et essentialiter, quam accidentaliter tantum: quatenus perfectiones simpliciter simplices non sunt adaequate formaliter ab essentia divina distincta.

Respondetur distinguendo maiorem: eodem modo: magis perfecta erit essentia in linea essentiae si denominetur a perfectionibus, quae pertinent ad lineam essentiae, in ipsa formaliter et essentialiter inclusis, concedo maiorem: si denominetur a perfectionibus, quae non pertinent ad lineam essentiae, in ipsa formaliter, et essentialiter inclusis, nego maiorem: alio modo: si denominetur a perfectionibus in ipsa formaliter, et essentialiter inclusis, quae pertinent ad lineam operationis, sive quasi operationis nego maiorem: si denominetur a perfectionibus in ipsa formaliter et essentialiter inclusis, quae pertinent ad lineam radicis, virtutis, et principii sive quasi principii, concedo maiorem.

et ratio distinctionis est, quia sicut non est perfectio essentiae, quod denominetur formalissime et essentialiter a perfectionibus, quae formalissime et essentialiter non constituunt essentiam. sicut non est perfectio omnipotentiae, quod formalissime et essentialiter denominetur ab immensitate, quae formalissime, et essentialiter non includitur in omnipotentia: ita non est perfectio essentiae

quod fralissime, et essenter denominetur ab Intellectione, vo
litione, omnipotia, et reliquis. neq. potest obstare, quod
iam deitas denominaretur accidentaliter ab his perfectionibus,
quia in eo quod hae perfectiones denominantes vocentur acci
dentia Metaphica ru subti, cui attribuuntur, nullum inpue
niens agnoscimus, quia per hoc nil aliud Intelligimus, quam
quod illae perfectiones sint extra fralissimum essentiae consti
tutivum, et denominent essentiam constitutam.

Arguitur 3°: deitas in
consideratione Metaphica constituitur adaequate per id per
quod distinguitur ab omni prorsus Ente, quod non est deus;
sed per collectionem omnium perfectionum divinarum simpliciter
simplicium deus differet ab omni prorsus Ente quod non
est deus: ergo deus in consideratione Metaphica, constituitur
per collectionem omnium perfectionum divinarum simpliciter sim
plicium. — facile respondeo distinguendo ma: constituitur adaequate
per id, per quod distinguitur primario, concedo ma:
constituitur adaequate per id, per quod distinguitur secundario,
nego ma: et quidem per admirativum et risibile distin
guitur homo ab omni prorsus Ente, quod non est homo, et
tamen illud non est constitutivum hominis in consideratione
metaphica, nam per illud solum secundario differt;

Quaestio 4ª

An essentia divina constituatur per esse a se. Caput 1m

Explicantur aliqui termini, et proponitur affirmativa sententia.

Ens a se dicitur, quod non habet causam aliquam sui
esse, a qua vere dependeat, et a qua accipiat Enti
tatem suam, et existentiam. hac ratione opponitur Enti ab alio

quod nimirum habeat sui esse Causam, a qua vere dependeat, et a qua recipiat suam Entitatem, et Existentiam; potest autem Exceptor Excogitari rem esse a se. 1° negative, hoc est, non ab alio. 2° positive, ita ut ipsa sit Causa sui ipsius, quia sicut habet virtutem ad alia producenda, ita potest Excogitari habere virtutem ad producendum se ipsam Ea ratione, qua aliqui arbitrantur posse contingere dum asserunt rem aliquam Creatam posse esse Phisicum Instrumentum ad se ipsam producendam, quae virtus si Exerceatur contingit, quod illa rem positive sit a se, et simul ab alio; prout positive a se, quatenus a se ipsa positive producitur, prout positive ab alio quatenus ab alio positive producitur in consortio sui ipsius.

Unde iuxta hanc sententiam bene Cohaerent haec duo, quod sit positive a se, et simul positive ab alio, quamvis haec duo sibi contradicant esse negative a se, et esse ab alio. ratio est, quia esse positive a se non Excludit alteram Causam concurrentem, et consequenter non Excludit, quod sit positive ab alio. at vero esse negative a se nil aliud est quam non habere Causam sui productivam; sed habere Causam, et non habere Causam, inter se opponuntur: ergo esse negative a se, et esse ab alio inter se opponuntur, quamvis non opponantur esse positive a se, et esse positive ab alio.

Ens naturae dicitur, quod non potest non Existere. Ubi notandum est, quod quamvis omne Ens absolute, et simpliciter naturae non possit absolute deficere, non sunt idem formalissime Ens naturae absolute, et Ens quod non potest deficere. ratio est, quia minus requiritur ut Ens aliquod non possit deficere, quam ut sit Ens absolute, et simpliciter naturae. nam si postquam productus est Angelus, aut quodlibet

aliud Ens libere a Deo nō posset etiā de potia absoluta destrui, nō posset deficere ut s. Evidens, qdqdē, nō posset deficere s., nō posset perdere existiā quā habet, et tamē nō esset Ens absolute, et simpliciter nāriū, qa contingenter et libere Ducerentur: qtur nō s. idē fralissime, quod Ens sit absolute, et simpliciter nāriū, et quod nō possit deficere.

quotiescunq; qtur minus requiritur ad unū conceptū, quā ad aliū, nō sunt idē fralissime illi duo conceptus. = notandū etiā s. rem esse nāriā, et rem = nō habere sui Causā nō esse idē fralissime loqdo. nam res necessaria, sub conceptu talis solū dicit fralissime nō posse nō existere, ut iā diximus. res vero nō habens sui Causā, solū dicit fralissime negationē Causæ. ~~quod~~ atqui hæ sunt diversæ negationes, qdoqdem una removet potiā ad nō existendū, alia vero removet Ductionē a Causa: qtur nō s. idē fralissime unus conceptus, ac alius. = rursus: si deus per possible vel impossible esset necessitatus ad Ducendū Petrū, tunc Petrus esset Ens absolute, et simpliciter nāriū, et tamē haberet sui Causā: qtur nō s. idē fralissime Ens nāriū, et nō habens sui Causā. certū tamē debet esse Ens nō habens sui Causā, et principiū esse Ens omnino nāriū.

Ens per essā dicitur, quod habet suū esse sine dependentia ab aliqua Causa, et consequenter idē s. fralissime Ens a se negative et Ens per essā; actus purissimus dicitur qui nō habet potentialitatē ut sit, et hoc modo convertitur cū Ente absolute, et simpliciter necessario. dicitur etiā actus

purissimus, qui neqt habere potiã passiuã, aut receptiuã alicuius formæ, qua etiã ratione deus nuncupatur actus purissimus, qa reuera eiusmodi potentia repugnat cũ sumã simplicitate, et immutabilitate diuina; nõ autẽ repugnat cũ ratione actus purissimi diuini, quod deus habeat metaphisicã compositionẽ, et quod unus conceptus sit metaphisice, et fraliter denominabilis per aliũ, ut iã ostendimus in superioribus.

Oportuit explicare hos terminos, essentia quippe diuina, iã nomine entis a se, iam entis necessarij, et indefectibilis, iã entis per essã, et actus purissimi frequenter insignitur. defendunt go essã diuinã constitui per esse a se, siue per actualẽ existiã præter aliquos antiquiores, Basilius Legionensis 1a pte variarũ disputationũ, relectione 5a Aluarez de Auxilijs, disput. 100a et 19a nu. 3o, Raphael auersa 1a pte Quæst. 2a de deo, sect. 2a, pater Raynaudus in sua theologia naturali, distinc. 6a nu. 25; ubi notandũ hanc sententiã nõ docere essã diuinã esse a se positiue, et phisice productã, sed esse a se negatiue, quatenus per hoc denotatur nõ habere sui causã, aut principiũ productiuũ.

Caput 2m

Nostrũ Judicium profertur.

Dico 1o, essa diuina nõ est a se positiue. patet, qa illud est a se positiue, quod a se ipso producitur: sed essa diuina nõ producitur a se ipsa: ergo essa diuina nõ est a se positiue. Minor probatur; si essa diuina produceretur a se ipsa, supponeretur existens ad sui existiã, omnis enim causa, aut principiũ producens habet aliquã prioritatẽ ru existiæ termini producti, atq; adeo essa diuina haberet duplicẽ existiã, aliã, quæ supponeretur, ut causa, aut principiũ productiuũ sui ipsius, aliã, qua esset terminus

Productus a se ipsa; sed hoc est manifesta implicatio: igitur essentia divina, non producitur a se ipsa. Et hoc argumentum non solum probat essentiam divinam non posse adaequate sibi communicare existentiam positive, sed etiam neque in consortio alterius causae aut principii concurrentis. Et deinde, quia neque excogitari quaenam sit haec causa, aut principium positive, et physice concurrens ad essentiam producendam simul cum ipsa.

Dico 2°: essentia divina est a se ipsa negative. Probatur, quia essentia divina habet suum esse, et entitatem; sed suum esse, et positivam suam entitatem non habet a se, aut ab alio communicatam per physicam et realem productionem: igitur est a se negative, quia per hoc nil aliud intelligimus, quam existentiam, et positivam rei entitatem neque a se, neque ab alio communicatam per physicam, et realem productionem. Et quamvis esse a se negative formalissime asserat aliquam negationem causae aut principii physicae, et realiter producentis, non debes intelligere essentiam divinam constitui per aliquam negationem quia essentia divina est adaequate conceptus positivus, sed debes intelligere essentiam divinam constitui per positivum illum conceptum, cui essentialiter competit, sive in quo essentialiter fundatur illa negatio.

Dico 3°: quamvis esse a se negative sit praedicatum ~~essentialiter~~ formaliter constituens essentiam divinam, non bene et adaequate explicatur essentia divina per praedicatum essendi a se. Probatur 1°: essentia divina est formalissime vitalis tam in genere intellectivi, quam in genere volitivi; sed praedicatum essendi a se, nullam explicat vitalitatem: igitur per praedicatum essendi a se, non bene, et adaequate exponitur essentia divina constitutivum

maior & certa, et consequentia legitime infertur. Probatur minor: praedicatum essendi a se explicite, et formaliter solum explicat negationem causae physice, et realiter producentis, sed in hac negatione causae nulla vitalitas importatur: ergo per praedicatum essendi a se nulla vitalitas importatur.

Probatur 2°: essentia divina praeter praedicatum essendi a se, habet formaliter, quod sit denominabilis per intellectionem, volitionem, immensitatem, et reliquas perfectiones attributales: ergo dum non explicatur, quod sit denominabilis a perfectionibus attributalibus, non explicatur adaequatum divinae essentiae constitutivum, quia ex sola explicatione unius, aut alterius praedicati constituentis non traditur exacta, et metaphysica rei constitutio. atqui per praedicatum essendi a se praecise non explicatur, quod essentia divina sit denominabilis a perfectionibus attributalibus: ergo per praedicatum essendi a se non bene, et convenienter nobis innotescit, adaequatum deitatis constitutivum.

Probatur 3°: aut assignas pro adaequato essentiae divinae constitutivo ens a se infinitum, quod sit radix omnium perfectionum divinarum, et cui debeantur omnes perfectiones tam absolutae, quam relativae: aut assignas ens aliquod a se, quod praecise habeat, quod his vocibus explicatur quin illi debeantur omnes aliae divinae perfectiones, si 1m dicas, iam constituis essentiam divinam per perfectionem quandam infinitam, cui omnes aliae perfectiones debeantur, et quae sit radix illarum, et consequenter nobis consentis, qui hoc modo essentiam divinam constituimus. si 2m dicas. non ponis essentiam divinam infinite perfectam, quod quidem essentia infinite perfecta debet esse radix infinitarum aliarum perfectionum, relucentium in attributis, et aliis

praedicatis cdarijs, praeterea, nō explicas adaequate divinam essentiam, quae re vera ipsi debentur aliae infinitae perfectiones denominantes, quae sunt extra ipsius constitutivum.

Objicies: illud

S. adaequatum rei constitutivum, quod infert a priori omnes alias perfectiones, quae sunt passiones, aut attributa; sed praedicatum essendi a se infert omnes alias ~~omnes~~ perfectiones divinas a priori, quae sunt passiones, aut attributa, ergo per praedicatum essendi a se adaequate constituitur essentia divina. — Probatur excedendo ma:, et distinguendo mi: sed praedicatum essendi a se infinitum in omni genere perfectionis pertinenti ad lineam essentiae infert a priori omnes alias perfectiones, quae sunt passiones aut attributa, concedo mi: praedicatum essendi a se, quod nō sit hoc modo infinitum in linea naturae, et essentiae infert a priori alias perfectiones, quae sunt passiones, aut attributa nego mi:

ratio distinctionis

+ S. quod si praescise sumamus praedicatum essendi a se, prout id, quod explicite, et fralissime hijs vocibus importatur, solum significat negationem causae, aut principij physice, et realiter producentis, et hoc modo nō potest esse adaequatum essentiae divinae constitutivum, quia hoc modo competit etiam attributis divinis, quae nō habent causam sui, aut principium physice, et realiter productivum. si vero sumatur pro perfectione substantialiter infinita, et primaria, pertinenti ad lineam naturae, hoc modo constituit essentiam divinam, atque adeo haec constituitur per ens a se, quod sit radix reliquarum omnium perfectionum, in quo conceptu, nō solum involvitur, quod sit praescise a se, sed etiam, quod sit radix perfectionum aliarum, quae subsequuntur.

Quæstio 5.ª

Per quid tandem essentia divina ultimo et adæqte constituatur. Caput 1.m

Referuntur Prædicata Comunia, sive quasi Comunia, et ultimum, et adæqtum differale constitutivum assignatur.

1.º divina essentia est fralissime Ens, et Existens iuxta illud Exodi 3.º: Ego sum, qui sum, et hoc prædicatum fralissime includi in constitutione divinæ Essentiæ iam docuimus dispu: 1.ª, Quæsti 2.ª; 2.º divina essentia est fralissime substantia, ut ex sacra Pagina manifestum est, et definitur in Capite damnamus de suma Trinitate, et fide Catholica. neq; obstat sanctum Augustinum Libro 7.º de Trinitate Capite 5.º docuisse deum non dici proprie substantiam. nam sanctus doctor accepit substantiam pro vocis Ethymologia prout dicitur a substando accidentibus: nos vero quando deo tribuimus rationem substantiæ, non accipimus illam pro vocis Ethymologia pro prout dicit fralissime non inhærere, aut adhærere subito, in quo sensu verissimum est divinam essentiam esse substantiam.

3.º divina essentia est spiritualis iuxta illud Johannis 4.º, Spiritus est Deus et definita est hæc veritas, in Consilio Lateranensi. et quamvis rationem substantiæ per negationem inhæsionis, aut adhæsionis, et rationem spiritus per negationem dimensionis, aut quantitatis explicemus, non ideo debes intelligere essentiam divinam per aliquam negationem fralissime constitui; nam revera ratio substantiæ, et spiritus per conceptus positivos fralissime constituuntur.

Sed quia non cognoscimus illas clare, et expresse illos denotamus
prout subsunt negationibus. idem notavimus circa praedi
catum essendi a se in hac disputatione 2a; Quaesti 4a. Capite 2o;

4o divinam essentiam
esse viventem constat ex pluribus sacrae scripturae locis. ex
Daniele ultimo: dominum deum meum adoro, quia ipse est
deus vivens. ex Apocalypsis 5o; adoraverunt
viventem in saecula saeculorum; et sic ex aliis. 5o divi
nam essentiam esse intellectivam, et volitivam convincunt tum ea
testimonia, quae solent afferri in materia de scientia, et
voluntate, tum quia vivens perfectissimum, et divinum debet
utrumque praedicatum intellectivum, et; et volitivum formaliter
includere, ut ex iam dictis manifestum relinquitur.
his ergo praedicatis formalissime divinam essentiam formalissime constitui
mihi compertum est.

ratio est, quia omnis res singularis,
quae est essentialiter ens, dicit formalissime aliquam differentiam
entis; sed essentia divina est res singularis: ergo dicit formali
ssime aliquam differentiam entis. quum ergo ens dividatur in
substantiam, et accidens, corporeum, et spirituale,
vivens, et non vivens; et quum natura divina non sit
accidens neque corpus, neque non vivens, sequitur quod
formalissime dicat rationem substantiae, spiritus, et
viventis, et consequenter per haec praedicata formalissime
constituitur, et praeterea, quum vivens spirituale formalissime
includat intellectivum, et volitivum, deus, qui est vivens spirituale
includit formalissime vitam intellectivam, et volitivam.

praedicatum ul
timum, adaequatum, et differentiale per quod essentia divina formalissime, et me
taphisice constituitur est conceptus radicis primariae

Moderno de attributis

omniū aliarū perfectionū, quæ in deo reperiuntur, sive
& perfectio illa taliter infinita cui debeantur om
nes aliæ perfectiones tam absolutæ, quā re
lativæ sive immediate, sive immediate
sive immediate, sive mediate pro hac nostra opinione videntur
stare Sto Thomas in 1m sentiarū dist: 6a Q. 1a Arti 3o, clarissime
illā defendit Scotus, quodlibeto 1o, Articu: 1o, in 2a ratione, et in 1o,
distinc: 26, Quæst: unica, et 1a pte. summæ, Arti: 33a Quæst: 2a. Præterea
defendunt eā Curriell Libro 2o, controversiarū, controversia 1a, in 2a Epistola
Sti Petri, P. Gran: 1a pte. contro: 2a de scientia dei intellectiva,
tractatu 2o dispu: 3a secti 4a nu: 18 Egidius Libro 2o, c. 2o Cap: 4o nu
6o et 7o.

Judico eandē debere amplecti opinionē qui dicunt
essā divinā per infinitatē esse constituendā, hi sunt Argentinas
in 1o Quæst: 1a Prologi et Colletanus Q: 6a Arti 3o, conclusione in
ut hi Patres dicunt infinitatē præcise sumptā, esse ultimū, et adæ
quātū constitutivū deitatis, et sic falluntur, quia etiā attributa divina
habent suā infinitatē, et consequenter infinitas nō potest esse ultimum
et adæquātū deitatis constitutivū, aut loquuntur de infinitate propria
deitatis, et sic nil aliud docent quā deitatē esse perfectionē quādā
taliter infinitā, ut ipsi, omnis alia perfectio debeatur tanq. 1o fonti
et radici.

Judico etiā hanc nostrā ex ipsa propugnare opinē doctū
illū magistrū, qui asseruit essā divinā adæquātē constitui per vitam
primariā, intellectualē a se, nā si hic opinandi modus præcise in
tenderet adæquātū deitatis constitutivū esse vitā illā a se primariā
intellectualē. Prout præcise, et formalissime posita est in linea intelligendi
a se, falsū diceret, quia natura divina etiā posita est in linea vo
lendi a se, et in linea existendi in omni loco a se, et sic de aliis
sive vero accipiat vitā illā intellectualē primariā; adæquātē omnē
rationē, et exceptū quē involvit, hoc modo est radix omniū suarū
perfectionū, cū quibus petit identificari. Ca: 2: Ex:

# # #

Caput 2. Exponitur, et probatur nostra sententia

haec perfectio, aria cui debentur per identitatem realem omnes aliae perfectiones, et quam, radicem omnium illarum appellamus divisibiles esse formaliter, et metaphysice in tot partiales radices. quot sunt termini in ordine ad quos comparari possit, itaque aliud est radicale intellectionis, et aliud est radicale volitionis, aliud est radicale immensitatis, et aliud radicale aeternitatis, et sic de aliis. nam esse radix ~~alterius~~ unius formalissime loquendo, non est esse radix alterius, et consequenter una radix per intellectum nostrum ab alia radice distinguitur. haec omnia radicalia concurrunt ad unam radicem totalem, et adaequatam componendam, quam nos essentiam divinam appellamus.

Sententia nostra 1°. essentia divina nullo modo constituitur per intellectionem actualem, neque per collectionem omnium attributorum, et neque per solum intellectivum aut volitivum, neque per utrumque simul adaequate constituitur: igitur essentia divina adaequate constitui debet radice adaequata omnium perfectionum attributalium, et personalium. Antecedens iam abunde probatum est, et consequentia patet, quia si non sufficit radix intellectionis, et volitionis, divisive, aut collective sumpta ad constituendam adaequate essentiam divinam solum restat quod constituatur adaequate per radicem intellectionis, volitionis, immensitatis, et aeternitatis, et aliarum perfectionum, quae se habent instar actus secundi denominantis. itaque quamvis intellectivum, et volitivum constituat divinam essentiam, ut iam probatum est, non tamen adaequate constituit.

Probatur 2°; in deo debet concedi radicale non solum ratione intellectionis, et volitionis, sed etiam ratione cuiuslibet alterius perfectionis, quae se habet per modum actus secundi denominantis: igitur essentia divina per omnia haec radicalia constitui debet

ꝺ ſꝑſtia ꝓbat, q᷑ nó ſ̃ maior ratio, qre ꝺſtituatur ſꝑ
radicale ꝺſtinctionis, ꝑ volitionē, ꝑ nó ꝺſtituatur ſꝑ
radicale cuiꝰlibet alterius ꝺſtinctionis denominantis. Sed
ꝺbatur, nā aliud dicimus radicale ꝛꝛ cuiꝰlibet ꝺſtinctionis
denominantis, qꝺ denominatur ab illis ꝺſtinctionib⁹ deno
minantib⁹; ſ̃ nō do aſſignare debemus q̄ꝺ ꝺſtinctū, qui
denominetur ab illis ꝺſtinctionib⁹. ꝺcet aſſignandū ſ̃ radicale
ꝛꝛ cuiꝰlibet alterius ꝺſtinctionis, qꝺ ſe habet ꝑ modū alte
ri⁹ ꝺnominantis.

ꝺbatur 3ō: Eſſa ꝓbabilis in Creatis dicitur
ꝺuina radix, ꝑ ꝺtinctiū ad⁹ oēs operationū ꝺctionū, ꝑ
ꝺfectibilitatū, qꝺ ipſi debentur. ſic eſſa hominis dicimus ꝑ
illā radicē, ꝑ ꝺtinctiū ad⁹ oēs operationū ſentiendi, in
telligendi, ꝑ amandi, vel cui debetur admiratiū, deriſibile,
tang. ꝺfectibile, aut ſimile. ꝑ ide in alijs ꝓbabilib⁹ videre ſ̃,
ꝺbet ſimiliter ꝺuina eſſa ꝺſtituere ad⁹ oēs radice ſuoꝝ
ſuoꝝ attributoꝝ, ꝑ ꝺfectionē, ꝺ qui eſſa ꝺuina ſit ꝺfectiſſima in linea eſſentiæ, nō ſufficit unū ſolū radicale
ad ipſis adeqꝺ ꝺſtituendū, ſed ꝓbabile ſ̃, qꝺ omnia radi
calia totaliter ꝺſtituant adeqte.

Rogabis, quomodo ꝺgnoſcit
ur nobis ꝺuina eſſentia ꝺfinitiue, ſ̃ ꝺcendo ꝺſſe triſti
citer a nobis ~~ſtra~~ Conceptū eſſentiæ ꝺuinæ ꝺfinitiuū, ꝺ ſi
ꝺfinitiū ꝺberet omnes illas ꝺfectiones, quarū ſ̃ radix
eſſa ꝺuina, in generali, ꝑ in ꝺfuſo, explicande tamē ſpe
cificata cognitia, ſine qbꝰ cognita, ꝑ hoc modo bene poſſet
a nobis ꝺfiniri eſſa ꝺuina, aſſerendo eſſā ꝺuinā eſſe Ens
ſubſtantiale, ſpirituale, viuens, in Creatis, infinitū, cui ꝺbe
tur omnes ꝺfectiones ſimpliciter ſimpliciter, aut quæ nullā
imꝑfectionē ſuppoſitiue, in qua ꝺfinitione nō explicatur
quæ ſint illæ ꝺfectiones ſimpliciter ſimpliciter, aut quæ
nullā imꝑfectionē ſuppoſitiue.

ſecundo ꝺfiniri poſſet eſſa ꝺuina

si explicetur in ordine ad aliqua attributa, et perfectiones, quarum notitiam habemus, et quae sufficienter distinguant deitatem ab altero quocunque conceptu sive increato, sive creato, et hoc definitio sufficiens esset quantum ad hoc quod est explicare genus et differentiam, non autem quantum ad hoc, quod est exprimere adaequatam constitutionem deitatis. et hoc modo bene potest a nobis definiri, essentia divina asserendo explicite intellectionem, volitionem, omnipotentiam, et alias perfectiones, quarum notitiam habemus.

3° potest excogitari essentiae divinae definitio, si explicetur in ordine ad omnes omnino perfectiones, quae sunt extra conceptum formalissimum ipsius, ita ut omnes illae explicentur singillatim, et in particulari, et hoc modo non potest a nobis essentia divina definiri, quia nescimus plurimas perfectiones, quae de ipsa ipsi debentur hoc intendunt omnes illi patres, qui dicunt deum nullis verbis posse a nobis concludi, et circumscribi. audiatur Xtosomus homilia 1a, de incomprehensibili dei natura, contendere scire quid sit deus postremae esse infamiae judico, et homilia 5a. nemo divinae naturae definitionem reddere ausus est.

Caput 3m

Adversorium Jacula franguntur

Objiciunt 1°: homo adaequate definitur per Anml rationale sine eo quod in definitione ingrediantur alia praedicata sive genera superiora: ergo sine tanta multitudine praedicatorum poterit adaequate essentia divina definiri, nam eo praecise, quod explicetur genus, et differentia, traditur exacta

et Metaphisica definitio rei cuiuslibet singularis, et consequenter essentiae divinae. = Respondetur, aliud esse inquirere, quid formalissime significetur per hunc conceptum hoc ex parte obti, et aliud esse inquirere, per quae praedicata entitas illa quam appellamus hominem constituatur. Si per hunc conceptum hoc solum significetur illa entitas, ut praecise est principium sentiendi, et ratiocinandi, non dubito recte definiri hominem per Animal rationale, quae tunc traditur exacta, et metaphisica rei definitio, quando respondemus per id, quod in obto significat conceptus formalis per quem fit interrogatio.

Quum vero his conceptus essentia divina, natura, et deitas non significent in deo unum, aut aliud praedicatum, sed totam plenitudinem deitatis et essentiae, et quidquid in deo est, quod tamen non sit passio, aut attributum, hinc est, quod recte per illa omnia praedicata essentiam divinam definivimus. Si vero hic conceptus hoc his vocibus aequivaleat, quidquid in hac entitate est substantiale, et essentiale, et non est passio, aut attributum: dum hoc explicatur per Animal rationale non explicatur adaequate, ut hoc, quae non recensentur omnia illius praedicata substantialia, et essentialia, et quae non sunt passio, aut attributum. Communiter tamen admittitur eiusmodi definitio, quae non sunt aliae entitates, quibus illa duo praedicata conveniant, et illis entitas hominis sufficientissime explicatur, ut ab aliis condistincta.

Objiciunt 2°: illud est praedicatum differale rei, quod contrahit, et limitat genus, ad rationem specificam talis perfectionis: ergo in deo illud erit differa, quod contrahit rationes communes, sive quasi communes, et constituit deum in sua ratione specifica. atqui eiusmodi est unum solum radicale: ergo divina essentia non constituitur

in sua specie per omnia radicalia. = Rp.tur concesso
Anti, et 1.a consequentia; negando mi: quae subsumitur,
nō limitare rationē comunē, et genericā non conve-
nit uni solū radicali, sed omnibus, unde evidenter
argumentū retorqueri potest. illud praedicatum
constituit differā dei, quod contrahit, et limitat genus
ad rationē specificā, sed omnia radicalia limitant
et contrahunt genus ad rationē specificā: ergo
omnia constituunt differā specificā dei; itaq. aliud
est, quod cuilibet radicali conveniat limitare genus,
ut sufficienter distinguat, et hoc est verū; et aliud est
cuilibet radicali convenire limitare genus, ut tan-
quam differa adaequata constituat, et hoc est falsū.

Objiciunt 3.o: si
divina essa constitueretur ex omni radicali, ultima
differa divina essae esset aggregatū ex pluribus frati-
tatibus; hoc autē dici nō potest: ergo et ca: minor
probatur, quia differa ultima debet esse simplicissima, et indi-
visibilis, etiā secundū rationē, ~~hoc~~ ut communiter docetur, et
patres affirmant clare differā dei debere esse simplicissimā;
ergo nō possumus asserere in deo, differā ultimā esse aggre-
gatū, sive complexū ex pluribus radicibus partialibus
resultans. = Rp.tur concedendo ma: et negando mi: non
enim est contra dei perfectionē, neq. contra comunē doctrinam,
neq. contra sanctos patres asserere ultimā differā esse ex
pluribus partialibus conceptibus compositā.

nō est contra dei perfectionē,
imo potius hoc arguit maiorē perfectionē in deo, quandoquidē
arguit divinā essā talē esse, cui infinitae perfectiones

debeantur. nō ē ꝯtra Comunē doctrinā, q.ª dupliciter
Excogitari potest diffra Composita. Primo si ꝯstet pluribus
ꝯceptibus quorū nullus in alia re reperiatur, et hoc de-
bemus admittere in rationali, quod Componitur ex apprehen-
sivo, Judicativo, et discursivo dependenter a fantasmatibus
et per quemlibet horū ꝯceptuū sufficienter hoō distinguitur
ab aliis omnibus Entitatibus, Pro 2º si ꝯceptus singuli di-
visive nō faciat rem differre ab omnibus aliis, sed unus
ꝯceptus rem distinguat ab aliis, et alius ab aliis, et hoc
etiā modo nō repugnat diffra Composita, ut videmus in
hijs Prædicatis, sensibile, Intellectivū, quæ Collective sumpta,
faciunt differre hominē, ab omnibus aliis Entitatibus, quū
tamē quodlibet illorū hoc nō habeat. nō ē ꝯtra sanctos
patres, q.ª hi solū Intendunt ultimā dei diffrā realiter
esse simplicissimā.

Objiciunt 4º; substantia vitalis nō potest
ꝯstitui per id quod nō ē vitale; sed radicale Immensitatis
et æternitatis nō ē aliquid vitale: ꝯtur deus, qui ē sub-
stantia vitalis, nō potest ꝯstitui per radicale, Immensitatis
et æternitatis. = Pro 1º negdo ma: esset inconveniens, quod
substantia vitalis nō ꝯstituatur per aliquid vitale, Cæterū
quod simul ꝯstituatur per aliquid nō vitale, nullū ē inconveniens.
sic hoō, qui ē substantia vitalis, ꝯstituitur per Ens, et sub-
stantiā, quæ prædicata in suo fralissimo ꝯceptu nullam im-
portant vitalitatē.

Objiciunt 5º, Omnipotentia nō habet radicē
sui; ꝯtur deus nō ꝯstituitur radicali, Omnipotentiæ; Ant.
probatur, q.ª in Creatis potencia operativa ē, de quidditate
substantiæ, et ꝯsequenter etiā in divinis, nā illud, quod ē
de quidditate, substantiæ, et essentiæ Creatæ, ē etiā de

Quidditate divinae essentiae, sublatis imperfectionibus. Respondetur 1° hoc Argumentum non habere difficultatem in sententia Thomistarum asserentium substantiam Creatam non esse immediate operativam, sed solum accidentium ministerio; unde in hac sententia, ex reali distinctione quae reperitur in Creatis inter substantiam, et ipsius potentiam, habemus fundamentum ad distinguendum in divinis adaequate ratione ratiocinata essentiam, et omnipotentiam.

Respondetur 2°, quod licet substantia Creata de facto Existens semper identificet secum potentiam operativam, possibilis tamen est substantia alia, quae utatur potentiis superadditis, tanquam instrumentis sibi concessis ad operandum: quum ergo Deus aequivaleat non solum substantiae Creatae de facto Existenti, sed etiam cuicunque alteri Creabili; possunt cum fundamento ex Creaturis desumpto in Deo distingui essentia, et omnipotentia, et haec habere essentiam divinam, tanquam radicem sui. = Respondetur 3°, quod licet semper in Creatis potentia operativa esset de conceptu essentiae, posset tamen, in Creatis, et in divinis concipi potens, ut quod, sive illud, quod denominatur potens, et potens, ut quo, sive ratio formalis denominandi et tunc unus conceptus non esset formaliter alius, ac proinde ratione ratiocinata distingueretur adaequate unus ab alio, licet unus esset de quidditate reali alterius.

Disputatio 9a

De Excellentia Dei ru omnium aliorum tam possibilium, quam quae mente possunt excogitari.

Quaestio 1a an Deus sit Ens omnium possibilium Excellentissimum.

Caput 1m

Affirmativa pars statuitur, et probatur.

postq. dei Eritiā, et Metaphisicā ipsius quidditatē sumus ꝯtem
plati, Excedentissimā eius supra omnes alias Entitates perfectionē
indagemus. in quo duplex occurrit difficultas. 1ª est, si compare
mus Deū, cū omni Ente possibili, 2a, si comparemus Deū, cū omni
Eo, quod etiā mente potest excogitari. de prima difficultate, in
hac Quæstione agemus, et de 2ª in sequenti; pars affirmativa,
est de fide, et ideo de illa nō est dubitandū. Explicant, et illus
trant hanc veritatē omnes Interpretes sti Thomæ, et Scholas
tici doctores, tū pluribus Scripturæ, et sanctorū patrū Testi
moniis, tum urgentissimarū rationū pondere.

breviter tamē a nobis
probatur 1º, ab Authoritate. et inprimis, ex illo Lucæ 18; nemo
bonus, nisi solus Deus. horū verborū perspicuus sensus est, quod
quamvis plura extra Deū sdū se ꝯsiderata sint bona, si tamē
cū ipso Deo comparentur, tam notabilis Impeditur Excessus, ut
tanq. nihilū reputentur. ꝯsonat Isaias Capite 40º inquiens;
omnes gentes, qsi nō sint, sic sunt corā Eo, et qsi nihi
lū, et inane reputatæ sunt Ei; et illud sapientiæ
11º, tanq. momentaneū statera sic ante te orbis terrarum,
et tanquā gutta roris ante Lucani, quæ descendit in terrā;
Itē probatur ex Psalmo 34º; domine, quis similis tibi?
ac si diceret tanta est Excedentia tuæ perfectionis, ut nulla
creatura possit tibi comparari. auditur itrū Isaias
46º, cui assimilastis me, et adæquastis, et comparastis me,
et fecistis similē;

ex patribus plures Eandē veritatē
depredicant, ut videre est apud Authores. inter alios audi
endus est Augustinus Libro 1º de doctrina xiana, Capite
9º; omnes pro Excedentia Dei certatim dimicant, nec
quisq. inveniri potest, qui hoc, Deū credat esse
quo melius aliquid est, dionisius de divinis nominibus

Capite 5°: divinitas omni essentiae praestat. Anselmus in monologijo Capite 14°. summa essa omnino maior, et melior est, quam quidquid non est, quod ipsa est. Capite 2° loquendo de deo, ait: necesse est aliquid esse maximum, et optimum, id est, summum omnium, quae sunt, quoniam autem in re manifestissima sumus, necessarium non est, alia patrum testimonia congerere.

Probatur 2°, a ratione: illud quod habet perfectionem absque aliqua limitatione, excellentius est eo, quod habet perfectionem cum limitatione. Sed deus habet perfectionem, absque aliqua limitatione, et quidquid est extra deum cum limitatione: igitur deus quidem excellentius est omni alio extra ipsum deum. Maior est certa, et consequentia legitime infertur. Probatur minor, quia deus nullam habet causam, unde illius perfectio limitetur, habet enim a se suam perfectionem, taliterque est in se perfectus, ut sit primus fons, et origo cuiuscunque alterius perfectionis; omnia vero alia extra deum accipiunt suam perfectionem ab alio, unde habent perfectionem limitatam, vel pro voluntate dantis, vel quia natura cuiusvis alterius extra deum, non sustinet omnem, et quamcunque perfectionem. Deus autem secum componit omnem perfectionem nulla admixta imperfectione.

Probatur 3°: deus est omnium rerum causa 1a, hoc est, ita deus concurrit ad alia omnia extra se, ut non sit possibilis res aliqua extra deum, ad quam producendam non concurrat, tanquam causa 1a. Sed non concurrit tanquam causa univoca, nam non est possibilis effectus eiusdem speciei cum ipso deo, alioqui, possibilis esset alius deus: igitur concurrit tanquam causa equivoca, quae non indiget consortio alterius

(nō loquor de peccato) ad producendos effectus. atqui omnis Caa Equivoca adeqta perfectione superat suū effectū, qtur Deus perfectione superat omnē Entitatē Creatā, et Creabilē. Et quamvis verat esset sententia durandi, asserentis Deū nō concurrere Immediate cū Creaturis ad suas operationes, haberet hoc Argumētū vim, qa Caā illa Equivoca Immediata, cū qua Deus nō concurrit veniret Immediate a Deo, et consequenter Deus esset Caā Equivoca saltē mediata Cuiuslibet effectus.

Probatur 4°: illud, quod est sume nariū in existendo, et absolute et simpliciter deficere nō potest, et nullā habet secū admixtā imperfectionē est Excellentius omni Eo, quod nō est sume nariū in Existendo, et absolute, et simpliciter deficere potest, et plurimas habet imperfectiones; sed omne Creatū, et Creabile nō est sume nariū in Existendo, et absolute, et simpliciter deficere potest, et plurimas habet secū admixtas imperfectiones: qtur Deus, qui est Ens sume nariū in Existendo, et absolute et simpliciter deficere nō potest, et nullā habet secū admixtā imperfectionē, est Excellentius omni Ente Creato, et Creabili.

Caput 2m

Dubiū occurrens resolvitur.

Existimaret aliquis hanc maiorē Excellentiā rū Entis Creati, et Creabilis Competere Deo, ratione Essentiæ divinæ, nō vero ratione Cuiuslibet alterius perfectionis, qre Explicandū modo est an Deus nō solū ratione divinæ Essentiæ Excedat, quamlibet Entitatē Creatā, et Creabilē, sed etiā ratione Cuiuslibet alterius perfectionis in ipso Deo Existentis; sed Censeo qtur cū Comuni omniū sententia nō solū Deū esse Ens omniū Excellentissimū ratione divinæ Essentiæ, sed etiā qualibet Eius perfectionē Comparatione facta ad res Creatas et Creabiles

esse etiam excellentiorem omnibus creaturis possibilibus. probatur ratione. nulla est in deo perfectio, quae intra propriam limitem non sit quidem increatum, infinitum, nario existens, et nullo modo potens deficere; omnium autem, et singularum creaturarum perfectio est creabilis, supponens sui causam, finita est, potest deficere imo et nunquam existere: igitur omnes, et singulae dei perfectiones infinite excedunt omnes, et singulas perfectiones creatas, consequentia probatur, quia finitum infinite exceditur ab infinito: quum ergo deus in omnibus et singulis suis perfectionibus non habeat aliquam limitationem, et sit infinitus, non in linea durationis est infinitus, quum sit a se aeternus, in linea praesentiae est infinitus, quum sit a se immensus, et sic de aliis attributis, et perfectionibus; et omnes, et singulae perfectiones creatae limitentur per esse ab alio, per defectibilitatem, et per innumeras alias imperfectiones, fit, quod omnes, et singulae dei perfectiones excedant infinite quidquid est in creaturis.

neque huic veritati potest obstare, quod haec vox perfectum, ex propria nominis scatione significet id, quod totaliter, et consummate est factum, qua ratione non posse dici deum perfectum docuit divus Isidorus Libro 1° sententiarum, Capite 2°, sententia 4ª his verbis: de consummatione alicuius facti dicitur perfectio. deus autem, qui non est factus, quomodo est perfectus? hoc inquam non obstat nam vox illa non accipitur secundum illam nominis Ethimologiam, sed pro eo, quod habet actu, omnia, quae debita sunt, et conveniunt propriae ipsius naturae, ut excipitur ab Arle, et sto Thoma, et ab omnibus omnino doctoribus. qua ratione deum esse perfectum nemo negare potest.

Contra statutam veritatem sic opponens melius est vivere, quam non vivere, igitur illa perfectio, quae fralissime

dicit vitam, erit perfectior alia, quae formalissime non dicit vitam
atqui angelica substantia. v. g. formalissime dicit vitam, omni
potentia vero divina, aeternitas, et immensitas non dicunt formalissi-
me vitam: igitur perfectior est angelica substantia, quam omnipotentia
divina, aeternitas, et immensitas, pro explicitum, et formalissimum
conceptum, quem important. confirmatur: ideo communiter dicitur
hominem esse perfectiorem caelo, quia licet caelum sit incorruptibile
praedicatum tamen viventis, quod reperitur in homine, facit homi-
nem esse excellentiorem caelo non viventi: igitur praedicatum viventis
quod reperitur in angelica substantia, faciet hanc esse excellen-
tiorem praedicatis divinis, in quibus ratio viventis non reperitur.

Oppositum distinguendo Ant.;
melius est vivere, quam non vivere, quando caetera sunt paria, con-
cedo Ant.; quando caetera sunt imparia nego Ant.; itaque in qua-
cunque comparatione attendi debet adaequatus conceptus extremorum;
solet enim ens pertinens ad lineam nobiliorem habere differentiam aliquam,
qua tota illa perfectio limitetur, et coarctetur, et solet ens
pertinens ad lineam minus nobilem habere differentiam aliquam, qua superet
ens pertinens ad lineam nobiliorem. unde, quamvis angelica substantia
sit formaliter, et explicite vivens, immensitas vero, omnipotentia,
et aeternitas non sint formaliter, et explicite viventes, habent tamen
hae perfectiones divinae differentiam illam essendi a se, qua infinities super-
ant angelicam substantiam, licet viventem.

Concludit quidem hoc argumentum
angelicam substantiam, quae est formaliter, et explicite vivens, excedere
aeternitatem, et immensitatem, communes deo, et creaturis, prout ut
abstrahunt ab immensitate, et aeternitate, quae sunt a se, et
ab aeternitate, et immensitate ab alio, quales sunt, quae possunt
communicari creaturis, quodquidem bene potest deus producere aliquam
creaturam aeternam, et immensam; non vero concludit excedere
immensitatem, et aeternitatem, prout sunt a se, et dei propria

quapropter falsum est dicere, melius esse viuens, quam non viuens si vrliter sumatur, hoc est, melius esse viuens, quam omne non viuens: si vero non sumatur ita vrliter, sed fiat hic sensus, melius est viuens, quam aliquod non viuens, aut quam ratio communis non viuentis, est verum. ad confirmationem propter esse melius esse hominem corruptibilem, quam coelum incorruptibile, quia licet incorruptibile comparatum cum corruptibili prout se, sit perfectius, differa tamen, per quam corruptibile contrahitur ad hominem, facit, quod homo corruptibilis sit perfectior coelo incorruptibili.

Caput 3.m

an deus superet in perfectione coniunctum resultans ex ipso deo, et creatura?

hucusque comparauimus deum, et eius diuinas perfectiones cum omni ente pure creato, et creabili, et cum omni complexo, in quo ipse deus formaliter non continetur. modo comparamus deum cum complexo, siue coniuncto resultanti ex ipso deo, et aliquo creato; et inquirimus, an eiusmodi complexum, siue coniunctum sit absolute melius ipso deo seorsim sumpto. circa quod tripliciter inuenio sententiam. 1.a affirmat eiusmodi coniunctum non solum extensiue sed etiam intensiue esse perfectius, quam deum praecise sumptum. ita aliqui, quos suppresso nomine adducit pater Raynaudus distinc. 4.a Quaest. 3.a Arti. 2.o;

2.a sententia tuetur neque intensiue, neque extensiue excedi deum in perfectione ab eiusmodi coniuncto. ita pa. fassolus Quaest. 6.a de bonitate dei, Arti 2.o, dubitatione vnica, existimans eiusdem esse opinionis sanctum thomam sanctum bonauenturam, nasarium, molinam, et alios. 3.a sententia cum distinctione procedit, et inquit praedictum coniunctum non esse intensiue perfectius solo deo seorsim sumpto, esse tamen extensiue perfectius. ita durandus in 1.o distinctione 44.a

Quaest. 3ª, Pater Suarez, Libro 1º de Essa dei, Cap. 5º; Pater Vasquez 1ª pte. Disp. 130 Capite 1º, et alij. nos in hoc puncto breuiter aliqbus conclusionibus nostrâ mentê apperiemus.

Dico 1º: coniunctũ resultans ex deo et Creatura nõ est intensiue perfectius solo deo seorsim sumpto. Probatur: illud coniunctũ Eatenus esset intensiue perfectius solo deo, qtenus Creatura inclusa in illo coniuncto nõ contineretur Eminenter in deo, aut quamvis Eminenter contineatur, ut re ipsa continetur, Deus esset absolute imperfectus, si Creatura deficiat; sed Creatura inclusa formaliter in illo coniuncto, continetur Eminenter in deo, et ipsa formaliter deficienti, Deus maneret tam perfectus, ac antea Erat: qtur coniunctũ illud resultans Ex deo et Creatura, nõ est intensiue perfectius solo deo seorsim sumpto. discursus totus est Euidens, nã perfectio intensiua substantialis tunc datur, qdo vna pars nõ continetur Eminenter in alia, aut qdo quamvis contineatur Eminenter, illa formaliter deficienti, altera nõ manet tam perfecta, ac antea Erat.

Dico 2º: si aliqua maior perfectio concedenda est Eiusmodi coniuncto comparatione dei seorsim sumpti, Ea debet esse solũ Extensiua. Probatur: illud coniunctũ dicit totã perfectionẽ, quã dicit Deus seorsim sumptus, et insuper addit aliam, quã nõ dicit formaliter Deus: qtur hoc coniunctũ est perfectius deo seorsim sumpto, saltẽ Extensiue; consequentia probatur, qa illud est perfectius alio, saltẽ Extensiue, quod dicit perfectionẽ, quã nõ dicit aliud, et praeterea dicit perfectionem, quã aliud dicit; sed sic se habet hoc coniunctũ comparatione dei seorsim sumpti: qtur hoc coniunctũ est perfectius deo seorsim sumpto, saltẽ Extensiue. et quamvis perfectio illa Creata contineatur Eminenter in deo, nõ tamẽ continetur formaliter; quũ go in illo coniuncto afferatur formaliter duplex illa perfectio, inCreata, et Creata, saltẽ Extensiue Euadit perfectius illud coniunctũ.

Confirmatur, quantumvis Creatura contineatur Eminenter in Deo, coniunctum Ex Deo, et Creatura formaliter Existenti ~~sunt~~ sunt duo Entia, et Deus continens Eminenter Creaturam et unicum tantum Ens: ergo quamvis Deus contineat Eminenter Creaturam, fit numerus Ex Deo, et Creatura maior, quam Ex solo Deo praecise sumpto. hoc totum est Evidens, Ex quo sic argumentor: illud coniunctum est duo Entia, et duo bona, et duo perfecta; ergo maior est Extensive perfectio illius coniuncti. Consequentia probatur, quia per hanc maiorem perfectionem Extensivam nil aliud intendimus, quam quod sicut est numerus maior Ex utraque illa perfectione resultans, ita maior perfectio Extensiva Complexi. Unde si aliqua maior perfectio illi coniuncto, est concedenda, Ea solum est haec Extensiva perfectio.

Dico 3°: coniunctum illud indivisibiliter consideratum in ratione coniuncti, resultantis Ex Deo, et Creatura, ut est totum quoddam a parte rei distinctum, est minus perfectum absolute loquendo, quam Deus solus seorsim sumptus haec conclusio est contra communem sententiam quae tanquam certum supponit Deum seorsim sumptum, non esse magis perfectum, quam coniunctum in quo ipse Deus formaliter includitur. Probatur 1°: Ens summe necessarium in Existendo indefectibile, et improducibile est absolute perfectius quolibet alio, quod non sit summe narium in Existendo, et quod sit defectibile, et producibile; sed Deus seorsim sumptus est Ens summe narium in Existendo, indefectibile, et improducibile; et coniunctum illud non est summe narium in Existendo, indefectibile, et improducibile quodquodem Creatura, quae tanquam pars includitur in coniuncto est contingens, defectibilis, et producibilis: ergo et ca.

probatur 2°, coniunctum illud non est infinitum in perfectione: atqui Deus seorsim sumptus infinite excedit illud coniunctum, consequentia est evidens, nam illud, quod est infinitum in perfectione, infinite excedit omne aliud, quod non est tale. Ant. probatur: infinitum in perfectione dicitur illud, quod continet omnem perfectionem possibilem, et nullam secum admiscet imperfectionem. Unde ex duplici conceptu componitur, ex continentia nimirum omnis perfectionis possibilis, et ex carentia omnis imperfectionis; sed coniunctum illud in ratione talis, licet contineat omnem perfectionem possibilem, quia Deum continet, continet tamen aliquam imperfectionem, quia continet creaturam: atqui coniunctum illud indivisibiliter sumptum, non est infinitum simpliciter in perfectione.

Caput 4m

Contra doctrinam proxime traditam aliquae difficultates opponuntur.

Contra 1am conclusionem insurgens 1°: illud coniunctum, quod fieri potest ratione ratiocinata ex praedicatis formalissime constituentibus divinam essentiam, et ex attributis divinis, est perfectius intensive essentia divina, seorsim sumpta, licet attributa contineantur eminenter in essentia: atqui quamvis creaturae contineantur eminenter in Deo coniunctum tamen illud ex Deo, et creaturis resultans, intensive erit perfectius solo Deo, seorsim sumpto. Respondetur admittenda cum communi sententia ant. et negando consequentiam. ratio disparitatis est. nam quamvis attributa contineantur eminenter in essentia divina, adhuc tamen essentia divina sine attributis esset imperfecta, et indigens attributorum complemento: Deus autem non esset imperfectus sine creaturis, neque indiget illarum consortio. tunc ergo non datur maior intensive perfectio

qdo vnũ taliter ꝯtinetur in alio, ut si fraliter Existat, ꝯtinens nõ ꝓficiatur.

Insurges 2o instando ꝯtra solutionẽ datã: stat optime vnũ ꝯtineri Eminenter in alio, et adhuc ꝯiunctũ ex vtroque resultans esse Intensiue ꝓfectius ꝯtinenti, licet pars inclusa nõ ordinetur ad Complendũ, et ꝓficiendũ partẽ ꝯtinentẽ: ꝯtur ex eo quod deus ꝯtineat Eminenter Creaturas, et illis nõ ꝓficiatur, nõ bene infertur ꝯiunctũ ex deo, et Creaturis resultans nõ esse Intensiue ꝓfectius solo deo, seorsim sumpto. Ant. ꝓbatur: ꝯiunctũ ex Luce, et Calore resultans ꝯ intensiue ꝓfectius sola Luce seorsim sumpta, quamvis Calor ꝯtineatur Eminenter in Luce, et Lux nõ ꝓficiatur per Calorẽ. nõ q° bene infertur ꝯiunctũ ex deo, et Creaturis resultans nõ esse Intensiue ꝓfectius solo deo, ex eo quod deus nõ ꝓficiatur per Creaturas, quas ꝯtinet Eminenter.

Rꝓtur distingdo Ant.: stat optime vnũ ꝯtineri Eminenter in alio Eminentia participata, subordinata alteri, atq. inadeqta, et adhuc ꝯiunctũ ex vtroq. resultans, esse intensiue ꝓfectius ꝯtinenti, licet pars inclusa nõ ordinetur ad Complendũ, et perficiendũ partẽ ꝯtinentẽ, Concedo, vel omitto Ant.: stat optime vnũ ꝯtineri Eminenter in alio Eminentia a se, nõ subordinata alteri, atq. adeqta, nego Ant.: Calor qdẽ ꝯtinetur Eminenter in Luce ꝯtinentia quadã participata, q.a ꝯ Ens ab alio, subordinata alteri, q.a petit ꝯsortiũ Causæ primæ, ad producendũ Calorem, et ꝯtinentia inadeqta, qdoqdẽ Lux sola nõ ꝯ adeqta Causa Caloris; vnde infertur, quod ꝯiunctũ ex Luce, et Calore resultans possit esse intensiue ꝓfectius, licet vna pars nõ ordinetur ad alterã Complendã, et ꝓficiendam. Creaturæ vero ꝯtinentur Eminenter in deo, ꝯtinentia Eminentiali a se, nõ subordinata alteri, et adeqta.

insurges 3°, iterum instando contra solutionem: sequitur ex hac doctrina coniunctum ex deo, et peccati esse intensive perfectius solo deo, quodque deus non continet adaequate peccatum, quum ipse solus non possit producere peccatum. = Respondetur negando sequelam. requiritur quidem continentia adaequata, ut non resultet totum intensive perfectius; sufficit tamen continentia adaequata, vel immediata vel mediata. quamvis ergo deus non contineat eminenter, adaequate immediate peccatum, continet tamen eminenter adaequate immediate voluntatem creatam, producentem peccatum, et haec continentia mediata respectu peccati sufficit, ut coniunctum illud non sit intensive perfectius solo deo. poteris etiam dicere ~~[illegible]~~ peccatum in ratione peccati secundum illam moralitatem peccati, nullam dicere perfectionem.

contra 2am conclusionem arguitur 1°: omnis extensio resultat ex coniunctione partium eiusdem rationis, aut si partes sint diversae rationis, debent esse ex natura sua ordinatae ad unum totum continuum componendum, sed nec deus est eiusdem rationis cum creatura, neque ordinatur cum illa ad unum continuum componendum: ergo ex deo, et creatura fieri non potest maior extensio. = Respondetur, distinguendo maiorem: omnis extensio, quae fit ex partibus continuatis concedo maiorem: omnis extensio, quae fit solum ex multiplicatione entitatum, nego maiorem: nos non intendimus ex deo, et creatura fieri maiorem extensionem continuativam, sed solum maiorem numerum entitatum

Arguitur 2°: finitum additum infinito non facit maius: ergo creatura coniuncta cum deo, qui est infinitus in omni genere entis, non faciet cum illo maius. = Respondetur negando antecedens, nam infinito quoad extensionem si denuo addatur una ulna, faceret cum illo maius, at infinito quoad intensionem, si unus alius gradus superveniat, maior intensio resultabit, ac proinde non est contra rationem infiniti, quod fiat maius ex additamento alicuius finiti, si possit fieri additio; quum ergo deo

licet sit infinitus in omni genere Entis, possit addi fraliter Creatura, quae solum in deo Eminenter continebatur, potest Ex deo, et Creatura aliquod maius Extensive resultare.

Contra 3am conclusionem

Objicitur 1o: omne totum est maius sua parte, sed coniunctum Ex deo, et Creatura est totum Comparatione dei seorsim sumpti; ergo coniunctum Ex deo, et Creatura est perfectius deo seorsim sumpto.

Respondetur distinguendo ma: omne totum est maius sua parte, in numero Entitatum Concedo ma: est maius sua parte in perfectione Nego ma: falemur totum includere maiorem numerum Entitatum. asserimus tamen, quod non Ex eo, quod admittat maiorem numerum Entitatum coniunctum Ex deo, et Creaturis fraliter resultans, statim dicendum sit infinitum in perfectione, sicut dicitur deus seorsim sumptus.

Objicitur 2o: omne totum includit perfectionem suarum partium: sed totum Ex deo, et Creaturis resultans includit partem absolute et simpliciter infinitam: ergo totum Ex deo, et Creaturis est absolute, et simpliciter infinitum in perfectione. Respondetur distinguendo ma: omne totum includit perfectionem suarum partium, et simul imperfectionem quae possit Ex aliqua illarum provenire Concedo ma: includit perfectionem suarum partium, exclusa Imperfectione, quae posset Ex aliqua illarum provenire Nego ma: Ex quo fit, quod illud totum non sit absolute, et simpliciter infinite, perfectum in perfectione Entitativa, nam infinitum in Entitativa perfectione dicit non solum positivam continentiam omnis perfectionis possibilis, sed aliam Carentiam omnis Imperfectionis. quum ergo deus seorsim sumptus, sit infinite perfectus in Entitativa perfectione infinite Excedit illud coniunctum in ratione talis, quod non est infinitum in perfectione.

Objicitur 3o: non potest non esse infinitum in perfectione illud quod includit aliquam partem absolute et simpliciter infinitam in perfectione: sed illud coniunctum includit aliquam partem absolute, et simpliciter infinitam in perfectione:

gtur illud Iunctum non potest non esse infinitum simpliciter in perfectione. = Respondetur negando maiorem. nam illud iunctum, ut iam vidimus, non desinit esse simpliciter ~~infi~~ infinitum, in perfectione Entitativa, ex eo quod non includat aliquam partem absolute, et simpliciter infinitam in perfectione Entitativa, quodque revera illam includit. desinit ergo esse infinitum simpliciter in perfectione, ex eo, quod ex altera parte, quam includit, haurit imperfectionem, et consequenter bene potest stare, quod claudat aliquam partem in perfectione simpliciter infinitam et adhuc iunctum non esse simpliciter in perfectione infinitum.

Quaestio 2a. an Deus sit Excellentior omni eo, quod etiam mente potest Excogitari, Caput 1m

Veritas stabilitur.

Ex dictis Evidenter Colligitur Deum esse Excellentiorem pluribus, quae mente possunt Excogitari, quum sit Excellentior possibilibus omnibus, quae mente Concipi possunt, quodque Ea, quae possunt Existere, mente etiam possunt Excogitari. Caeterum quum ex iis, quae mente possunt Excogitari, alia sint possibilia, et alia Contradictionem, et repugnantiam involuant, et in praecedenti Quaestione Comparaverimus Deum, cum omnibus, quae sunt possibilia, in praesenti Comparamus illum, cum iis, quae sunt Impossibilia, et repugnantiam involuunt.

Circa quod asserendum est, 1o; nullum Impossibile mente nostra concipi potest, quod dum manet in statu Impossibilitatis, non Excedatur Infinite a Deo, in perfectione; sive ergo mente Concipias aliud Deum

sive quodcunq; aliud Ens Impossibile, illud nō adequat neq; minimā dei veri perfectionē, ut res modo sunt, hoc est, stante Impossibilitate illius Entis, Impossibilis, et summa actualitate, et Existencia veri dei. hac veritas probari solet ex illo Ecclesiastici 43°: glorificantes dominū quomodocunq; potueritis, supervalebit enim adhuc et admirabilis magnificentia eius, benedicentes dominū, exaltate illū, quoniā potestis. maior est enī omni laude.

illustria etiā sunt sanctorū patrū testimonia pro hac veritate confirmanda; sanctus Anselmus in prosologio ita habet: deus est id, quo maius excogitari nō potest, quem qui bene intelligit, utiq; intelligit id ipsū sic esse, ut neq cogitatione queat nō esse. sanctus Bernardus Libro 5° de Consideratione, ita loquitur: ascende, si adhuc potes, ad aliquid altius, et exaltabitur deus. sanctus augustinus Libro 9° Confessionū, Capite 4°: neque enī vlla anima unquā potuit poteritue cogitare aliquid, quod sit te melius, qui summū et optimū es. stus dionisius frequēter docet nō alia ratione melius a nobis cogitari deū, quā per negationē,

et ideo nō vocat deū absolute substantiā, sed supersubstantiā, nō bonitatē, sed superbonitatē, quo loquendi modo nobis declarat dei Excellentiā supra quodcunq; aliud, quod mente potest concipi, et excogitari.

Probatur ratione veritas statuta 1°: melius est id, quod est, aut esse potest, quā quod nō est, nec esse potest, sed solum cogitari: atqui deus est melior omni eo, quod est, aut esse potest: ergo et omni eo, quod mente concipi, et cogitari potest. Argumentū est desumptū a maiori ad minus. 2°: ut aliquid, quod cogitari potest, superet perfectionē dei, debet habere id, per quod superare dicitur, dei perfectionē atqui illud impossibile = quod cogitatur, nil habet per quod superet dei perfectionē. ~~Minor~~ ergo nō potest superare, imo neq; aequare dei perfectionē. Minor probatur: q.ª illud impossibile, quod cogitatur nō est ut cogitatur: imo repugnat esse, ut cogitatur: ergo nil habet, per quod superet dei perfectionē.

3°, illud, quod habet esse a se infinite perfectū, et absq; ulla mixtura imperfectionis, infinite melius est eo, quod nō habet esse a se, imo repugnat illi quodcunq; esse phisicū, et reale, sive a se, sive ab alio; sed deus est ens infinite perfectū, et absq; ulla mixtura imperfectionis; et illud impossibile, quod cogitatur, nō habet esse a se, imo repugnat illi, quodcunq; esse phisicū, et reale, sive a se, sive ab alio: ergo deus est infinite melior illo ente impossibili

quod Cogitatur. 4°; id de quo omnis perfectio simpliciter affirmari potest melius de eo, de quo omnis perfectio simpliciter negari potest; sed de deo potest affirmari omnis perfectio, simpliciter, de illo autem impossibili negari potest; ergo ratione

asserendum de 2° non futurum absolute et simpliciter deum verum imperfectiorem illo alio deo Chimerico, et impossibili, qui haberet formaliter omnes perfectiones tam divinas quam Creatas, in Hipotesi in qua per impossibile supponeretur Existens. hoc ~~vero~~ conclusio probatur ex dictis Quaesti: praenam verus deus continet formaliter omnes divinas perfectiones, et Eminenter omnes alias Creaturarum. deus autem iste chimericus, et impossibilis continet formaliter omnes perfectiones, quae nil perfectionis daretur in hoc deo Chimerico, quod non contineretur ~~in hoc~~ perfectissime in deo vero, et reali, et ad summum infertur illum deum Chimericum in Hypotesi impossibili, in qua supponeretur Existens, futurum extensive perfectiorem deo vero, et reali, quatenus contineret formaliter ultra perfectiones divinas, perfectiones etiam Creatas, quas deus verus et realis solum Eminenter continebat.

asserendum de 3° deum verum et realem absolute, et simpliciter esse perfectiorem illo deo Chimerico et repugnanti, includenti formaliter, sive per unionem, sive per identitatem omnes divinas, et Creatas perfectiones, quamvis facias Hypotesim, in qua supponatur possibilis et Existens, plurimas habere admixtas imperfectiones, esset enim formaliter Equus, musca, Leo, haberet potencialitatem in Existendo, et dependentiam ab alio.

5° quaderno de attributis

gtur deus ille Chimericus infinite superaretur a deo vero, et reali, licet facias Hypotesim; in qua ille supponeretur possibilis, et existens.

Caput 2m;

aliqua levia argumenta referuntur

contra ia assertionem, dices 1o, Intellectus vere percipit, et cognoscit obtum harum vocum maius, et melius deo. Sed obtum harum vocum est aliquid maius, et melius deo: gtur Intellectus percipit, et cognoscit aliquid maius, et melius deo, et consequenter deus non est maior, et melior omni eo, quod ab Intellectu potest excogitari: Respondetur distinguendo mi: Sed obtum harum vocum, est aliquid maius, et melius deo in re, nego mi: est aliquid maius, et melius deo obiective concedo mi: et eodem modo distinguendum est consequens, aliud itaque est posse Intellectum excogitare aliquid esse maius, et melius deo, et hoc fatemur bene posse contingere, et aliud est, quod illud quod excogitatur in se sit maius, et melius deo, et hoc asserimus non posse contingere, quum illud impossibile quod excogitatur, non habet aliud esse nisi excogitatum, atqui melius est habere esse physicum et reale, quam solum excogitatum. gtur etc.

dices 2o, bene potest Intellectus noster cognoscere aliquid esse melius deo, re ipsa, gtur ia illud, quod ab Intellectu excogitatur erit aliquid re ipsa melius deo, et non solum obiective, Respondetur concesso antecedenti, et distinguendo consequens: gtur ia illud quod excogitatur, erit melius deo re ipsa, in repraesentatione tantum concedo consequentiam; in se nego consequentiam. itaque verum est Intellectum posse habere pro obto, quod aliquid sit re ipsa melius deo, non tamen ideo aliquid erit re ipsa melius deo, quia in se non est, sicut re ipsa esse excogitatur. aliud enim est obtum excogitari re ipsa esse tale, et aliud est, quod re ipsa sit tale sicut excogitatur. fatemur bene posse Intellectum excogitare aliquod obtum esse re ipsa melius deo;

negamus tamen re ipsa, et in se esse illud obtum sicut excogitatur, quis enim dubitet, me posse repraesentare Chimeram, re ipsa existentem in rerum natura, nunquid ex hac mea repraesentatione, re ipsa existet Chimera in rerum natura.

Dices 3°, illud, quod ab intellectu excogitatur sdum esse quod habet est melius deo: gtur bene potest ab intellectu excogitari aliquid, quod sit melius deo, probatur ant. illud, quod ab intellectu excogitatur solum habet esse obiectivum, et intentionale, sed sdum esse obiectivum, et intentionale est melius deo, nam sdum hoc esse obiectivum, et intentionale nil aliud habet, nisi denominationem, quam accipit ex eo quod ab intellectu, hoc vel illo modo cognoscatur: gtur sdum esse quod habet est melius deo, et consequenter erit verum dicere, quod impossibile ab intellectu excogitatum sdum esse quod potest habere sit melius deo.

Respondetur nos iam ~~con~~ concessisse posse esse aliquid melius deo obiective, et sdum esse intentionale, et apprehensum, hoc est bene posse intellectum nostrum apprehendere aliquid ut melius deo: asserimus tamen quod illud quod cogitatur, in se non sit melius deo, unde ut doctrina statuta falsitatis convinceretur, deberet aliquid mente concipi quod cum veritate, et in se esset melius deo, ita ut illi obto, quod concipitur ut melius deo maior revera perfectio conveniat quam deo competit, neque satis est obtum apprehendi ut melius deo, ut in se sit melius deo, nam etiam possumus apprehendere deum ut creaturam, quin tamen deus in se sit creatura: quare si obtum illud in se non habet esse, neque potest habere clare convincitur in se non fore melius deo.

Contra 2am conclusionem obsci potest, deus verus, et realis non continet formaliter perfectiones omnium creaturarum, gtur si esset possibile, et existens aliud ens, quod ultra divinas perfectiones contineat etiam formaliter perfectiones creaturarum perfectius erit deo de facto existenti. Ant. est certum, et consequentia probatur. Plus est continere eminentialiter, et formaliter perfectiones,

quā solū Eminentialiter, ꝯtinere, ꝑd hoc Ens de quo loquimur ꝯtineret Eminenter, et frāliter, ꝑfectiones. ꝯtur si esset possible et Existens, ꝑfectiꝰ esset deo de facto Existenti.

Ꝓbatur 1º. Ens per accidens Coalescens frāliter ex omnibꝰ ꝑfectionibꝰ divinis, et ꝑfectionibꝰ Creaturarū nō ꝯ intensive ꝑfectiꝰ deo vero, et reali, licet supponatur possibile et Existens, quū omnis Ea ꝑfectio frālis, quae ultra divinā daretur in Eo Ente ꝯtineretur Eminenter in nostro deo vero, et reali. Ꝓbatur 2º. Ens illud per identitatē Coalescens ex omnibꝰ divinis ꝑfectionibꝰ et Creatis, si supponatur Existens, nō esse futurū ꝑfectiꝰ nostro deo, de facto Existenti, tū q.ª in illo Ente solum arguretur maior ꝑfectio Extensive nō vero intensive; tū q.ª Ens, quod solū ꝯ Deus sine Eo, quod simul nō sit deus nō potest superari in ꝑfectione, ab illo Ente, quod simul esset deus, et nō esset deus, ꝑd si supponeretur Existens illud Ens de quo loquimur solū esset deus et nō esset deus, ꝯtur deus noster verus, et realis nō potest superari ab illo Ente de quo loquimur. mi: ꝑbatur, q.ª Eo ipso quod illud Ens ꝯtineret frāliter omnes divinas ꝑfectiones esset deus, et Eo ipso quod contineret frāliter ꝑfectiones Creaturarū esset Creatura. et ꝯsequenter nō esset deus, ꝯtur esset deus, et nō esset deus.

ꝯtra 3ā Conclusionē arguitur potest: nullū ꝯ Caput, ex quo Colligi possit, quod si supponatur possible, et Existens illud Ens secum identificans omnes divinas, et Creatas ꝑfectiones futurū esse Imꝑfectiꝰ nostro deo de facto Existenti; nā ex nullo Capite poterat Colligi esse Imꝑfectiꝰ, nisi ex Eo quod esset Impossible, et repugnans; atqui si supponatur possible, et Existens, nō esset Impossible, et repugnans, ꝯtur in suppositione de qua loquimur, illud Ens non ꝯ futurū Imꝑfectiꝰ nostro deo de facto Existenti, et qdē, quū supponatur possibile, et Existens, et claudens omnes

omnes divinas perfectiones, valde durum videtur asserere esse imperfectius absolute deo nostro, nam illud, quod claudit deum non potest esse deo imperfectius.

Respondetur, quod licet supponatur possibile et existens illud ens, reperitur aliud sufficientissimum caput imperfectionis comparatione dei, de facto existentis, nam illud ens dicit formaliter esse creaturam, sed quod dicit formaliter esse creaturam, habet maximam imperfectionem comparatione dei, de facto existentis: ergo illud ens esset imperfectius deo, de facto existenti. rursus, illud ens formaliter esset productum ab alio, tanquam a causa, et consequenter esset dependens, et in sua existentia contingens, sed hoc, quod hoc modo se habet est imperfectio nostro deo de facto existenti, quum non habet, neque habere potest causam sui productivam, et est independens, et summe necessarius in existendo, ergo deus noster infinite superat illud ens, licet aliunde supponatur possibile et existens.

Disputatio 4a an et quomodo deus contineat perfectiones omnium rerum.

Quaestio 1a

Deus continet suas perfectiones formaliter.

Caput 1m

Quid sit perfectio, et eius divisiones recensentur.

Praecipua huius disputationis difficultas scita est in iis, quae ad ipsius resolutionem praemittenda sunt, et ideo oportet ipsorum explicatione incumbere; perfectio frequenter accipitur intra genus moris, nimirum pro perfectione morali, quae est propria gratiae sanctificantis, et virtutum, et consistit in rectitudine voluntatis in ordine ad bene operandum, sive ea sit accidentalis, ut quando voluntas accidentaliter conformatur cum

cū dictamine rectæ rationis, amando obtū propositū tanq; bonū, et fugiendo obtū quod proponitur tanq; malum, sive ea sit radicalis, et habitualis, prout præcise dicit inclinationē, et propensionē ad amplectendū bonū, et fugiendū malū, iuxta ductū rationis proponentis, et intimantis. hæc perfectio est propria Agentiū liberorū.

in præsenti vero accipitur pro perfectione reali, quā multi appellant transcendentalē, quæ per Entia vagatur, et alij Entitativā, quæ ad Entitatē rei spectat. et potest definiri integritas Complexio, sive consummatio prædicatorū essentialiū, quæ Arles libro 9° Metaphisicæ Capi 6°, dixit, illud esse perfectū in suo genere, quod in nullo deficit; et S. August: lib: 3° de libero arbitrio Cap 15 dicit, quidquid est sicut esse debet, bonū esse hoc est perfectū; et S. Thomas 1ª pte. Quæst: 4ª, articulo 1°, perfectū inquit dicitur, cui nil deest sdū modū suæ perfectionis.

hæc perfectio realis, et Entitativa potest esse omnimoda, seu in omni linea, et potest esse sub vna ratione, aut solū in aliqua linea. perfectio omnimoda seu in omni Linea est, quæ omnes lineas perfectionis amplectitur. et reddit omnē vndequaq; integrā, et perfectā, tam sdū essentiā, et prædicata primaria, quā sdū Complementa, proprietates et prædicata Idaria. perfectio sub vna ratione, aut in aliqua tantū linea est, quæ intra talē lineā, præcise continetur, et relinquit rē in illa solū linea perfecta. v. g. in linea solis esse.

perfectio illa omnimoda, sive in omni linea potest esse absolute talis, hoc est, Complectens omnē lineā perfectionis; et potest esse talis, nō quidē absolute et simpliciter, sed solū Comparative ad subtū, hoc est Complectens quidquid perfectionis

illi subto debetur, quum ergo solus Deus contineat omnem lineam possibilem perfectionis, ut iam explicare aggredimur, et Creatura non contineat omnem lineam possibilem perfectionis, sed ad summum omnem illam lineam, quae ipsi debetur, sequitur quod Deus non solum habeat omnem lineam perfectionis comparative ad subtum, sed omnimodam perfectionem absolute, et simpliciter; Creatura vero non habeat omnimodam perfectionem absolute, et simpliciter, sed solum comparative ad subtum.

Plures sunt doctores, qui duntaxat agnoscunt 2 plex genus perfectionis, nimirum perfectionem simpliciter simplicem, et perfectionem secundum quid videantur inter alios, Pater Fasolus, Q. 4. arti 2°, n. 4°. P. Gran. tomo 1°, in 3a parte § 2° disp. 4a. nu. 4°, nam quum omnis perfectio, aut sit propria Dei, aut propria Creaturarum, aut communis Deo, et Creaturis, inquiunt hi doctores, perfectiones proprias Creaturarum esse perfectiones secundum quid; reliquas vero perfectiones, aut Dei proprias, aut communes Deo, et Creaturis v. g. ratione entis, substantiae, spiritus, et alias huiusmodi perfectiones esse simpliciter simplices.

alii vero iudicant 3 plex genus perfectionis esse admittendum, nimirum perfectionem simpliciter simplicem; perfectionem simplicem; et perfectionem secundum quid; videantur inter alios Pater Praepositus tomo 1°, in 1m Q. 4a arti 3°, dub. 4°, P. Tamnerus disp. 2a de Deo Q. 3. du. 2°, P. Raynaudus, in sua Theologia naturali disp. 4a Q. 3. arti 1°, Pa. Suarez de Trinitate, lib. 3°. Cap. 10°, quibus subscribunt communiter Rres, et nos amplectimur eamdem divisionem. Perfectionem simpliciter simplicem definivit Sanctus Anselmus in Monologio Cap. 14° et illa, quae melior est ipsa, quam non ipsa, et hanc definitionem omnes amplectuntur.

discordant tamen Theologi circa Expositionem illius; breviter tamen, et Conformiter ad Explicationem illius in presenti dabimus. in primis particula illa quam non ipsa non est accipienda contradictorie, sed contrarie seu quasi contrarie et incompatibiliter, ita ut definitio faciat hunc sensum, perfectio simpliciter simplex est melior quavis alia, cum ipsa, incompatibilis nam si fuerit Comparatio cum suo contradictorio, nulla esset perfectio quae non esset simpliciter simplex, quaelibet enim est melior sua negatione positive, quum quaelibet Entitas positiva sit saltem perfectio Dei quod Eius vero negatio, nulla sit perfectio, debet ergo particula illa accipi incompatibiliter.

particulam illam melior indicant alij non esse accipiendam positive, sed solum negative hoc est, quod perfectio simpliciter simplex non excedat quamlibet aliam incompatibilem, sed a nulla alia incompatibili excedatur; Judico tamen esse positive intelligendam, nam verba Di: Anselmi, et Cuiuslibet definitionis debent accipi cum toto rigore, nisi aliquid inconveniens inferatur, quod quidem in praesenti non infertur; — rursus alij, quum agnoscant aliquod 3.um cui melior debeat esse perfectio simpliciter simplex, quam alia incompatibilis; vehementer tamen dissident in assignatione huius tertij, in Ordine ad quod debet fieri Comparatio

nam aliqui, inter quos est Pa: Vasquez censuit Comparationem esse faciendam cum natura individua, hoc est, illud est perfectio simpliciter simplex, quod comparatione huius naturae individuae est melior ipsa, quam alia incompatibilis; alij inter quos est pater Clarcon, indicant non opus esse, quod Comparatio determinate fiat cum natura numerica, aut specifica, sed sufficere, quod fiat

cū aliqua ex illis, sub disjuncto; alij inter quos ē pater fassolus existimat comparationē esse faciendā cū individuis immediatis entis, hoc ē, cū individuis, ut praecise dicunt rationē entis; alij asseverant perfectionē esse comparandam cū habenti, sive supposito, quia suppositū ē.

Judico in hoc puncto nō esse variā comparationē illā fieri cū aliquo 3°, 1°, nā de illo 3°, poterat similiter inquiri, an esset perfectio simpliciter simplex, et ad hanc indagandā debemus comparare illud 3m cū alio 3°. et illud cū alio, et sic in infinitū, quod qdē asserendū nō ē. 2°, q.a ex hoc sequeretur perfectionē qualibet admixtā imperfectione, esse simpliciter simplicē, nā comparatione naturae numericae, vel specificae, vel cuiuslibet illarū seorsim, vel comparatione entis praecise sumpti, vel comparatione habentis, et suppositi, melior erit illi perfectio + ensiter identificata, quā quaevis alia incompatibilis: ergo quaevis perfectio erit simpliciter simplex.

Perfectio ergo simpliciter simplex, melior erit quavis alia incompatibili, comparatione immediate facta inter utramq: perfectio simplex ē, quae nullā involuit imperfectionē, sive, quae ita importat suā perfectionē, ut nullā mixturā imperfectionis involuat, si eū aliquā mixturā imperfectionis haberet, iā nō esset perfectio pura, et simplex, sed composita, ex perfectione, et imperfectione; perfectio sdū quid ē, quae nō ē omnino pt. sdū totū quod dicit perfectio, sed sdū aliqd, atq. adeo conceptus illius ē mixtus partim perfectione, et partim imperfectione.

Ca. 2m

Aliqua deducantur ex dictis

1° deducitur, latius patere perfectionem simplicem, quam simpliciter simplicem, ratio est, quia perfectio simplex dicit solum perfectionem carentem imperfectione, sive possit, sive non possit dari alia perfectio maior, aut aequalis secum incompatibilis: perfectio vero simpliciter simplex, ultra carentiam imperfectionis, dicit, quod quaevis alia perfectio incompatibilis non sit maior, aut aequalis, unde fit, quod conceptus perfectionis simplicis includatur in perfectionis simpliciter simplicis conceptu. et quod conceptus perfectionis simplicis paucioribus sit contentus. at conceptus perfectionis simpliciter simplicis plura exigat ad sui constitutionem.

2° deducitur rationes communes deo, et creaturis esse perfectiones simplices, ratio est, quia illa est perfectio simplex, quae nullam involvit imperfectionem, sed ratio illa communis in suo formalissimo conceptu nullam involvit imperfectionem, ergo illa ratio communis est perfectio simplex. Mi. probatur: ratio illa communis potest contrahi ad deum, et creaturas, sed quod potest contrahi ad deum, nullam dicit imperfectionem: ergo ratio illa communis in suo formalissimo conceptu nullam dicit imperfectionem, et quidem quum ratio communis praescindat a suis differentiis, per quas contrahi potest, non dicit in suo formalissimo conceptu aliquid repugnans differentiis, per quas potest contrahi.

3° deducitur rationes etiam communes deo, et creaturis esse perfectiones simpliciter simplices. probatur ex dictis: illa est perfectio simpliciter simplex, quae melior est ipsa quam non ipsa sive quam quaevis alia incompatibilis cum ipsa; sed ratio quaevis communis deo, et creaturis est melior ipsa, quam non ipsa, sive quam quaevis alia incompatibilis cum ipsa, v. g. ratio entis, est melior, quam quaevis alia ratio cum ente incompatibilis et sic de aliis vocibus communibus deo, et creaturis: ergo ratio communis deo, et creaturis est perfectio simpliciter simplex

rursus, illa nō est perfectio simpliciter simplex, quae est incompatibilis cū alia perfectione sibi aequali, aut maiori, sed ratio communis deo et creaturis nō respicit identitatē cū alia perfectione, sibi aequali aut maiori, ut videmus in ratione entis, quae in deo identificatur cū quavis alia perfectione, nullā involuenti imperfectionē: ergo etc.

4° deducitur, omnes perfectiones dei absolutas esse simplices, et simpliciter simplices, nā ex una parte nullam habent mixturā imperfectionis, et ex alia sunt meliores ipsae, quā quaevis aliae incompatibiles cū ipsis, si enim daretur aliqua alia perfectio maior, aut aequalis ipsis, cū ipsa poteret identitatē, atqui nil aliud requiritur ad conceptū perfectionis simplicis, et perfectionis simpliciter simplicis: ergo omnis perfectio dei absoluta, et est perfectio simplex, et simpliciter simplex, neq; obstat quod ex perfectionibus divinis aliae sint alijs perfectiores; praedicata eū vitalia, quae perfectiora sunt nō vitalibus. nā perfectio simpliciter simplex nō definitur perfectior alijs sed quod sit perfectior omni alio secū incompatibili,

5° deducitur, relationes divinas secundū proprios conceptus esse perfectiones simplices nō vero simpliciter simplices. defendunt hanc resolutionē plures doctores, videantur inter alios, pater montoya disp. 30ª de Trinitate, sect. 9ª n. 5°. probatur 1ª pars, divinae relationes sunt perfectiones (ut in materia de Trinitate ostenditur) et aliunde nullā involuunt imperfectionē, quia si aliquā involuerent, nō essent dignae deo; ergo relationes divinae sunt perfectiones simplices probatur 2ª pars, relationes divinae nō sunt meliores,

quā aliæ incompatibiles cū illis, quodque divinæ relationes sunt æqtes quoad perfectionē incompatibilis quoad identitatē. relatio enī paternitatis excludit identitatē cū filiatione, et eqtra: et paternitas, et filiatio excludunt identitatē cū spiratione passiva, et eqtra, qtur nō sunt perfectiones simpliciter simplices.

6° deducitur omnes perfectiones proprias Creaturarū, et differentiales esse perfectiones sdū quid, et nō esse perfectiones simplices, neq. simpliciter simplices, probatur 1ª pars, illa est perfectio sdū quid quæ nō est omnino sdū totū quod dicit, perfectio, sed composita ex perfectione, et imperfectione, sed talis est perfectio propria, et differalis Creaturarū: qtur: etiæ. probatur 2ª pars, illa est perfectio simplex, quæ nullā involuit imperfectionē, sed perfectiones propriæ, et differales Creaturarū, involuunt imperfectionē: qtur nō sunt perfectiones simplices, probatur 3° perfectiones propriæ Creaturarū, nō sunt meliores ipsæ, quā aliæ incompatibiles cū ipsis, quodque nō sunt meliores perfectionibus divinis, quæ sunt incompatibiles, cū perfectionibus propriis, et differentialibus Creaturarū: qtur nō sunt perfectiones simpliciter simplices.

7° deducitur nullū esse inconveniens, quod aliquando perfectio simplex, sit maior perfectione simpliciter simplici, probatur ex dictis, quia divinarū relationū perfectio est simplex. et perfectio ~~rationis~~ ~~convenientis~~ rationis comunis entis est simpliciter simplex; sed maior est perfectio relationū perfectione rationis comunis entis: qtur perfectio simplex maior est perfectione simpliciter simplici. minor probatur, perfectio relationū est divina, et increata.

perfectio vero rationis comunis Entis, nō est divina, et increata, quidquid abstrahit a divino, et increato: atqui maior est perfectio divina, et increata, quam quae in suo conceptu fralissimo nō dicit divinitatem: ergo maior est perfectio divinarum relationum, quam perfectio rationis comunis, Entis.

Caput 3m;

aliqua obiciuntur contra doctrinam traditam. quae posthac exponentur.

Obiicies 1o, rationes comunes Deo, et Creaturis possunt identificari cum perfectionibus Creatis, et consequenter ~~et~~ possunt permisceri cum imperfectionibus Creaturarum: ergo nō sunt perfectiones simplices, neq. simpliciter simplices. Ant. est evidens, et consequentia probatur, ad perfectionem simplicem, et simpliciter simplicem requiritur, quod nullam involuant imperfectionem, sed eo ipso, quod possint identificari cum perfectionibus Creatis, et permisceri earum imperfectionibus, involuunt imperfectionem: ergo rationes illae comunes nō possunt esse perfectiones simplices, et simpliciter simplices: et quidem ad perfectionem simplicem et simpliciter simplicem requiri videtur, quod nullam actualiter involuat imperfectionem, et quod nō possit involuere.

R. distinguo ant; rationes comunes Deo et Creaturis, possunt identificari cum perfectionibus Creatis, taliter quod dicant in suo fralissimo conceptu differam Creaturarum, nego ant; ita ut nō dicant eam, in suo

fralissimo conceptu, sed solum materialiter, et identice Concedo Ant.; requiritur quod ad rationem perfectionis simpliciter simplicis, quod sub ea ratione, qua talis est, nullam secum involuat, neque possit involuere imperfectionem, quum ergo ratio illa Comunis sed illum fralissimum conceptum, quem dicit, non involuat, neque possit involuere imperfectionem, ratio illa Comunis est perfectio simpliciter simplex, et licet materialiter, et identice involuat imperfectionem, hoc solum probat, conceptum illum cum quo identificatur involuere imperfectionem, non vero rationem Comunissimam praecise sumptam.

Objicies 2°; si rationes Comunes essent perfectiones simpliciter simplices sed fralissimum conceptum, et abstractissimum, et non essent tales materiae et identice amitterent rationem perfectionum simpliciter simplicium per Contractionem; sed hoc non est dicendum: ergo, rationes Comunes sed fralissimum, et abstractissimum conceptum non sunt simpliciter simplices. Minor probatur: si ratio perfectionis simpliciter simplicis conveniret rationibus Comunibus, haberent esse perfectiones simpliciter simplices per suos conceptus quidditativos, sed quod Competit rationibus Comunibus per conceptus suos quidditativos non amittitur per contractionem, ergo non est dicendum, quod si rationes Comunes essent perfectiones simpliciter simplices, amitterent rationem perfectionum simpliciter simplicium materialiter, et identice.

Resp. negando maiorem, nunquam enim asserendum est, rationes Comunes amittere rationem perfectionum simpliciter simplicium, ex eo, quod contrahantur licet distra illa materialis, et identica, ad quam Contrahitur, non dicat rationem perfectionis simpliciter simplicis, et consequenter nunquam id, quod Competit rationi Comuni sed

proprium, et quidditatiuum conceptum, quia est ratio perfectionis simpliciter simplicis, amittitur per coniunctionem, siue identitatem realem cum differentia illa, quae non est perfectio simpliciter simplex, nam semper ille conceptus, qui est perfectio simpliciter simplex, manebit virtualiter, aut fundamentaliter distinctus ab alio conceptu, qui non est perfectio simpliciter simplex, et hoc facile intelligitur si aduertas conceptum differentiale non esse de formalissimo conceptu rationis superioris.

Obiicies 3°: si rationes communes Deo, et Creaturis essent perfectiones simplices, et simpliciter simplices, etiam essent tales, perfectiones creatae, in quibus illae, quidditatiue et formaliter includuntur; sed perfectiones creatae non sunt simplices, et simpliciter simplices: ergo rationes communes Deo, et Creaturis non sunt simplices, et simpliciter simplices. Maior probatur: illud non potest non esse perfectio simplex, et simpliciter simplex, quod includit perfectionem simplicem, et simpliciter simplicem; sed perfectiones creatae includunt perfectionem simplicem, et simpliciter simplicem: ergo perfectiones creatae sunt simplices, et simpliciter simplices.

Respondetur negando maiorem: nam ut aliquid sit absolute perfectio simplex, et simpliciter simplex, non satis est, quod claudat formaliter, et quidditatiue perfectionem simplicem, et simpliciter simplicem, sed ulterius requiritur, quod non addat imperfectionem, quae cum perfectione inclusa faciat mixturam imperfectionis; quum autem creatura ultra rationem communem, quae est perfectio simplex, et

simpliciter simplex addat imperfectionem Creaturae, facit mixturam imperfectionis cum ratione Comuni, quae est perfectio simpliciter simplex, haec doctrina mirifice componitur cum ea, quam tradidimus disp: 3ª, Quaest: 1ª, Cap: 3º, circa coniunctum ex deo, et Creatura formaliter resultans.

Objicies 4º: in deo dantur omnes perfectiones simpliciter simplices, ut in Capite sequenti dicturi sumus; sed si rationes Comunes deo, et Creaturis essent perfectiones simpliciter simplices non reperirentur in deo omnes perfectiones simpliciter simplices: quia rationes Comunes deo, et Creaturis, non sunt perfectiones simpliciter simplices. minor probatur; ratio illa Comunis reperitur in Creatura; sed quod reperitur in Creatura non reperitur in deo: quia si rationes Comunes essent perfectiones simpliciter simplices, non reperirentur in deo omnes perfectiones simpliciter simplices. = Respondetur distinguendo maiorem: in deo dantur omnes perfectiones simpliciter simplices secundum praedicata intensiva, et similia, concedo maiorem; secundum praedicata extensiva, seu repetita, nego maiorem. itaque quando ratio aliqua Comunis reperitur in pluribus, solum requiritur quod detur simile praedicatum in uno, ac in altero, sive, quod ille conceptus Comunis in pluribus repetatur, et plurificetur;

Caput 4m

Nostra mens proponitur, et probatur.

asserendum quod nobis est, deum continere formaliter omnem perfectionem possibilem, simplicem, et simpliciter simplicem. ante probationem huius conclusionis nario praemittendum est, quid sit continere

fraliter, continentia fralis et inclusio praedicatorum frali-
um constituentium rem, quae dicitur contineri, vel et inclusio
rei, secundum praedicata formalia. Explicite contingere potest
continentia formalis, aut quando res ipsa secundum suam Indivi-
dualem naturam in alio continetur, qualiter includitur
forma in Composito, aut quando continentia contingit per inclusio-
nem praedicati formalis omnino similis praedicato formali,
quod in alia Entitate includitur ad eum modum, quo Pe-
trus dicitur formaliter includere eandem naturam hominis,
quam Paulus includit, non quia includat eandem numero =
sed quia includit aliam omnino similem.

Ex quo Colligitur, quod
quando dicimus Deum Continere formaliter rationes Comunes
Deo, et Creaturis, quae sunt perfectiones simplices, et simpli-
citer simplices, non Intelligimus Deum continere formaliter
illud idem praedicatum rationis Comunis, quod fraliter
cum ipsa Creatura identificatur, sed continere fraliter
praedicatum aliud omnino simile illi praedicato, quod
in Creatura formaliter reperitur. Et hoc Clarius
Intelligetur, si Observes rationem Comunem esse quandam
Collectionem praedicatorum, quorum quodlibet identificatur
cum suo speciali Individuo, quod sub ea ratione
Comuni continetur, et hoc iam et a nobis notatum, Capite
superiori dum asseruerimus rationes Comunes in Deo
reperiri secundum praedicata Intensiva, et omnino similia.

Modo quo statuta sententia
probatur: si daretur aliqua perfectio, quae nullam
omnino involveret Imperfectionem, sive esset simplex, sive
simpliciter simplex, quae non inveniretur fraliter in Deo

Deus nõ esset absolute, et undequaq; fraliter perfectus; sed hoc nõ est dicendũ; ergo asserendũ est Deũ continere fraliter omnẽ omnino perfectionẽ, nullã involuentẽ imperfectionẽ; maior probatur: si daretur aliqua perfectio nullã omnino involuens imperfectionẽ, quæ nõ inveniretur fraliter in Deo, Deus careret fraliter Eiusmodi perfectione; sed eo ipso nõ esset absolute, et undequaq. perfectus fraliter; ergo si nõ inveniretur omnis Eiusmodi perfectio fraliter in Deo; nõ esset absolute, et undequaq. fraliter perfectus.

Probatur 2°: possibile est Ens secũ identificans omnẽ perfectionẽ possibilẽ nullã involuentẽ imperfectionẽ; sed hoc Ens est Deus, qui de facto datur: ergo Deus qui de facto datur, identificat secum omnẽ perfectionẽ possibilẽ nullã involuentẽ imperfectionem. maior est certa, quia ex eo nõ sequuntur prædicata contradictoria. minor probatur; Deus est perfectior omni alio quod esse potest, sed si possibile esset Ens identificans omnẽ perfectionẽ possibilẽ, et nõ esset hic Deus, qui de facto datur, hic nõ esset perfectior quovis alio Ente possibili: ergo hoc Ens identificans secum omnẽ perfectionẽ possibilẽ nullã involuentẽ imperfectionẽ esset hic Deus, qui de facto datur. et quidẽ Deus nõ habet unde sua perfectio limitetur, quia si haberet limitatã perfectionem, haberet perfectionẽ Deo indignã, et creaturæ propriã.

Probatur 3°: aut possunt Deo convenire omnes perfectiones nullã omnino involuentes imperfectionẽ, aut nõ possunt Deo convenire omnes perfectiones Eiusmodi

si 1.m dicas: qtur de facto illi conveniunt omnes perfectiones nullam omnino involventes imperfectionem. Consequentia hoc probatur: deo de facto convenit quidquid illi potest convenire, habet enim de facto quidquid perfectionis potest habere; quia non est assignabile, quare non habeat si habere potest: atqui omnes illae perfectiones possunt in deo convenire: qtur de facto illi conveniunt, et consequenter habet de facto omnem perfectionem nullam omnino involventem imperfectionem. si dicas 2.m; qtur deus, qui de facto datur, ita limitatur in sua perfectione ut non possit adiungere aliam perfectionem nullam involventem imperfectionem, quod quidem non est dignum de deo sentire.

probatur 4.o non aliunde admittitur deum esse formaliter sapientem, volentem, omnipotentem et subsistentem, nisi quia hae perfectiones nullam involvunt in suo formalissimo conceptu imperfectionem: qtur eadem ratio erit in reliquis perfectionibus nullam involventibus in suo formalissimo conceptu imperfectionem, quia nullam assignabis rationem quare admittat has, et non alias. hoc veritas tam manifesta est, ut lumine naturali nostri intellectus cognoscamus tam perfectum esse deum ut sit infinite perfectus, quod stare non potest, si formaliter non contineat omnem perfectionem, nullam involventem imperfectionem tam simplicem, quam simpliciter simplicem.

Caput 5.m

Argumenta soluta.

Opponi potest 1.o: omnis perfectio, quae formaliter reperitur in deo, est infinita intra suam lineam. Sed ratio communis deo, et creaturis non est infinita intra propriam lineam qtur, aut asserendum est rationem communem deo, et creaturis

nō esse perfectionē simpliciter simplicē, aut asserendū non omnē perfectionē simpliciter simplicē reperiri formaliter in Deo. Respondetur distinguendo ma: omnis perfectio, quæ formaliter reperitur in Deo, est infinita intra suā Lineā sed conceptū abstractissimū, et comunē Deo, et Creaturis, nego ma: est infinita intra propriā Lineā sed conceptū specialem, et differentialē, concedo ma:

itaq: quū conceptus perfectionis simpliciter simplicis possit reperiri in ratione comuni Deo, et Creaturis, ut iā dictū est, et conceptus eiusmodi rationis comunis nō dicat explicite infinitatē, ut ex principijs metaphisicis est certū, fit, quod ratio perfectionis simpliciter simplicis reperta in ratione illa comuni sed explicitū, et formalissimū conceptū, quē importat, nō dicat infinitatē. cū hoc tamē stat, quod omnis perfectio, quæ formaliter reperitur in Deo, prout reperitur in Deo, sit absolute, et simpliciter infinita quia sic est identificata cū sua speciali differentia, per quā revera ad Deū contrahitur, et consequenter ex doctrina nostra nō sequitur omnē perfectionē, quæ formaliter reperitur in Deo, et prout est contracta ad Deū, nō esse infinitā intra suā Lineā: neq; sequitur rationē comunē Deo, et Creaturis nō esse perfectionē simpliciter simplicē.

opponi potest 2°: in Deo ponendæ sunt perfectiones meliori modo, quo possunt esse, sed melior modus est continentiæ perfectionis eminentialis, quā formalis; ergo Deus continet eminenter perfectiones simplices, et simpliciter simplices. probat hoc argumentū, Deū neq; formaliter esse ens, neq; substantiā, neq; viventē, et sic de alijs prædicatis. et nō solū probat

Deū

nō continere formaliter hæc prædicata Communia, verū etiā probat
nō continere omnipotentiā formaliter, æternitatē, immensitatē, et alia
prædicata Dei propria, quæ perfectior est modus continentiæ Emi-
nentialis, quā formalis, ut intendit Argumentū.

Respondeo concedendo mi. et dis-
tinguendo mi: Sed melior modus est continentiæ perfectionum Eminentialis,
quā formalis, ru perfectionū, nullā secū involuentiū imperfec-
tionē nego mi. ru perfectionū, quæ secū admiscent aliquā
imperfectionē concedo mi: distinctio ex dictis clara est, melius
itaque est continere formaliter omnē perfectionē simplicē, et simpli-
citer simplicē, quā solū Eminenter continere, et melius est Emi-
nenter continere perfectiones involuentes imperfectionē, quā
formaliter continere; quod si dicas divū Dionisiū docuisse
Deū nō esse substanciā, sed supra substanciā, nō esse vitā,
sed supra vitā facile respondebo his locutionibus divū
Dionisiū solū intendisse nobis exponere Dei excellentiā,
supra quodcunque aliud ut dicebamus disp: 13ª Quæst:
2, Cap 1°.

Opponi potest 3°: Essa divina continet Emine-
nter perfectiones creatas, tanquam radix illarū, quæ nō potest
Deus continere formaliter omnes Eiusmodi perfectiones. Ant. est
certū, et consequentia probatur, quia in eodē Deo repugnat, et
Continentia Eminentialis, et Continentia formalis earū
dē omnino perfectionū. Respondetur concesso Anti negando consequentiā,
nō Eū invenimus repugnantiā, in eo, quod eædē perfectiones
Eminenter in Essa, et formaliter in Deo integre, et undequaque
completo, reperiantur; esset inconveniens, quod in Essa

precisa, a quocunq; alio essent Eminenter, et fraliter; nō
s autē inveniens, quod in Essa Eminenter, et in deo unde-
quaq; Completo fraliter reperiantur; et hoc videmus in
qualibet Entitate Creata, in Cuius Essa passiones, et pro
prietates Eminenter ꝯtinentur; in Entitate ~~ipsa~~ vero ipsa,
integre, et undequaq; Completa fraliter.

Quaestio 2a

Deus continet Eminenter Creaturas, sive perfectiones dū quid et admixtas Imperfectionibus. Caput 1m;

Quid sit continere Eminenter, et continere virtualiter.

In praesenti loquimur de Creaturis, quae sunt per
fectiones dū quid et plurimas involvunt Imperfectiones,
et quaerimus an, et quomodo in deo ꝯtineantur, et ad
Quaestionis Intelligentiā, statim se se offert necessitas Ex
plicandi hos terminos ꝯtinentia Eminentialis, et ꝯtinentia
virtualis. ꝯtinentia Eminentialis, ut Comuniter Circūfertur
s inclusio Cuiusdā praedicati altioris ordinis, quod ha
bet virtutē ad producendā rem illā, quae dicitur ꝯtineri.
sic omnipotentia divina, q̄a virtutem ꝯtinet ad producen
dū effectū, et Infinite superat quemlibet effectū
Creatū in Entitativa perfectione dicitur Eminenter
ꝯtinere quēlibet effectū Creatū. sic etiā Cāa Equi
voca, quae iuxta Comunē philosophorū ꝯsensū debet
esse

perfectior effectu, dicitur illum eminenter continere quia et continet virtutem productivam effectus, et proinde effectus in illis per virtutem continetur, et quia in altiori ordine perfectionis supra effectum est constituta. hanc explicationem amplectitur, pater suarez disp. 30a metaphisicae sec. 1a;

Pater Arriaga tomo 1o in 1a parte, disp. 2a sec. 6a, persuadere conatur per hanc explicationem manifestum et vitiosum circulum committi. nam disp. 3a Quaest. 1a Cap. 1o probavimus deum esse perfectiorem omni alio possibili extra deum, quia deus est causa equivoca continens eminenter creaturas excedendo et superando illas in perfectione: in praesenti autem dicimus per hanc explicationem deum continere eminenter creaturas, quia est causa creaturarum, et superioris perfectionis, quam illae sunt. in quo videmur, si hanc explicationem patris suarez amplectamur, vitiosum, et manifestum circulum committere. nam explicabimus rationem causae equivocae deo competentem per continentiam eminentialem, et continentiam eminentialem per rationem causae equivocae.

quapropter, si aliquis pertinaciter contendat hunc circulum esse fugiendum, amplectatur explicationem, quam pater suarez impugnat loco citato, et quam pater Arriaga affirmat esse comunem, et defendendam. tunc quo datur iuxta hanc explicationem continentia eminentialis omnium aliorum entium, quando in aliquo includuntur omnium aliorum entium perfectiones, seclusis imperfectionibus. et iuxta hanc explicationem vitatur vitiosus ille circulus, quem fugiendum esse poterat aliquis

Judicare

nā deus qdē ē perfectior reliquis omnibus Entibus possibilibus, qa ē Caa Equivoca illorū ꝯtinens eminenter reliqua omnia Entia possibilia, et ideo Eminenter ꝯtinet, qa includit omnes illorū perfectiones seclusis Imperfectionibus. et hoc modo in nullū vitiosū Circulū incidimus. + ++

dices tamē cū patre suarez hanc Explicationē esse obscurissimā, aut repugnantē. nā qdo dicimus Continere Eminenter omnia alia Entia, nil aliud esse, quā includere omniū aliorū Entiū perfectiones, seclusis Imperfectionibus, aut subintelligitur Eminenter, aut subintelligitur frāliter. si subintelligitur Eminenter nil Explicatur, qa nil aliud diceremus, quā illud ꝯtinere Eminenter, quod includit Eminenter, quod qdē ē relinquere Explicationē, et æque obscurā, ac rē Explicandā. si subintelligitur frāliter, repugnantia involuitur, qdoqdē deus nō includit frāliter Creaturā. restat qo dicere Continentiā Eminentialē nil aliud esse, quā includere virtutē alicuius productivā altioris, et superioris Ordinis, quā ē effectus producendus.

Pptur in Explicatione ꝯtinentiæ Eminentialis nō esse addendū neq. Eminenter, neq. formaliter propter rationē in Argumento allatā, sed omissis his terminis ponendas esse alias clariores, qui rem alioqui obscurā nobis Exponant, ut ꝯtingere debet in quavis bona Explicatione, et definitione Cuiuslibet rei.

nos autē relinqd° particulā Eminenter quæ potius debet Explicari, quā in Explicatione afferri, utimur alijs vocibus clarioribus, nempe sine imperfectionibus quæ bene declarant qdqd in termino illo Eminenter nimis obscure involuebatur. Et qdē, quū definitū nō debeat ingredi in definitionē, nō debet in definitionē hanc ingredi illud aduerbiū Eminenter cuius definitionē investigamus.

Continentia virtualis est, inclusio prædicati, quod in virtute est res ipsa, quæ contineri dicitur. Unde quū virtus productiua alicuius virtute sit ipsa res producenda, quod continet illā virtutē, dicitur illā continere ~~formaliter~~ virtualiter iuxta illud Philosophi 9° Ethicorum Capite 4°, qui rem facit, operatione opus ipsū quodamodo est, ubi notandū est 1°, quod qdo res continens virtualiter effectū, est imperfectior effectu producendo, res continens dicitur pure virtualiter effectū continere: si autē res continens sit æque perfecta cū effectu producendo diuersæ tamen rationis, dicitur effectū continere continentia æqualentiæ.

Si vero sit rationis eiusdē, et speciei dicitur effectū formaliter continere propter similitudinem formalē, quæ inter continens, et ~~contine~~ contentū inuenitur: si vero continens sit maioris perfectionis quā est effectus producendus, dicitur effectū Eminenter continere.

6° qdcrno de attributis

notandū & 2° continentiā virtutis productivæ, licet dicatur continentia virtualis ru rei ductæ, aut ducendæ, nō dicitur tamē virtualis, sed pure formalis ru ipsius virtutis, quodque hæc virtus formaliter &, in causa continente, nā ipsū continere formaliter virtutē ductivā & continere virtualiter ipsam rē ductā, aut ducendā.

Caput 2m;

Probatur sententia nostra.

assertio 1a &; deus nō continet fraliter creaturas, sive perfectiones Dū quid. Probatur ex dictis: creaturæ sive perfectiones Dū quid. habent admixtā imperfectionē: ergo deus nō continet fraliter creaturas, et perfectiones Dū quid. ant. & certū, et consequentia probatur; deo deneganda & omnis imperfectio, et quævis perfectio habens admixtā imperfectionē; sed si creaturæ essent fraliter in deo, nō denegaretur in deo omnis imperfectio, et quævis perfectio habens admixtā imperfectionē: ergo deus nō continet fraliter creaturas, et perfectiones Dū quid: nil deficit hic

Probatur 2° deus nō & formaliter Equus, Leo, Lapis musca planta, et alia huius modi sed si creaturæ continerentur in deo fraliter, deus esset formaliter Equus, Leo, Lapis musca planta — — et alia huiusmodi: ergo creaturæ nō sunt fraliter in deo, sive nō continentur fraliter in ipso. 3° si creaturæ essent fraliter in deo

essent ab aeterno fraliter in ipso deo, quum quidquid est fraliter in deo, ab aeterno sit in ipso deo fraliter; sed non potest dici Creaturas esse fraliter in deo ab aeterno, quum ab aeterno non sit Equus, et Creatura aliae, ergo neque dici potest Creaturas esse fraliter in deo, sive deum continere fraliter Creaturas.

4°, si Creaturae essent fraliter in deo, identificarentur fraliter cum ipso deo, quia nil in deo fraliter reperitur realiter distinctum ab ipso deo, et consequenter realiter inter se identificarentur, nam omne illud, quod cum deo realiter identificatur inter se etiam realiter identificatur excepta sola trinitate personarum; sed Creaturae, et perfectiones Dei quid non possunt inter se identificari. hoc enim, et quodvis physicum compositum non potest identificari cum Angelo omnino simplici, et sic de aliis: ergo non possunt Creaturae, et perfectiones Dei quid fraliter reperiri, sive contineri fraliter in deo.

assertio 2a est: Creaturae, et perfectiones Dei quid in deo Eminenter reperiuntur, et continentur. hanc conclusionem inter doctores communissimam declarant illa verba psalmi 49° pulchritudo agri mecum est. hoc est, quidquid venustum, et pulcrum, in agro floribus, et herbis circumvestito ad occulorum, et aliorum sensuum oblectamentum conspicitur, hoc in deo mirabili quadam correspondencia relucet. et illud Exodi 23° Ego ostendam tibi omne bonum, quia et deus in se continet omnem bonitatem. et illud Johannis capite 1°, quae facta sunt in ipso vita erant. probatur 1° iuxta primam explicationem continentiae Eminentialis datam capite superiori:

Contineri Eminenter aliqd in alio, nil aliud s, quã quod Continens Claudat virtutẽ altioris, et superioris ordinis, productiuã rei Contentæ; sed deus Claudit virtutẽ altioris, et superioris ordinis productiuã Creaturarũ, quæ contentæ dicuntur, qtur deus Continet Eminenter Creaturas, et perfectiones sdũ quid. ~~hoc~~ minor probatur, qa omnipotentia frãliter in deo Contenta, s virtus Creaturarũ productiua, altioris, et superioris ordinis, quã sunt ipsæ Creaturæ, utpote eas infinite superans, nã s independens, et perfectionis simpliciter infinitæ.

Probatur 2o, iuxta 2ã Explicationẽ: illud Continet Eminenter aliud, quod Continet perfectiones alicuius seclusis imperfectionibus; sed deus Continet perfectiones omnium Creaturarũ, seclusis imperfectionibus: qtur deus Continet Eminenter Creaturas, minor probatur; nulla perfectio s in quolibet Ente Creato, quã deus nõ Contineat Eminentissimo modo; in homine, v. g. perfectio s cognitio rerũ naturaliũ, quã potest Comparare: deus autẽ habet huiusmodi scientiã, seclusis plurimis imperfectionibus apprehensionis, discursus, obscuritatis, et laboris, qbus in homine inveniuntur: similiter perfectio s in Cane, quod percipiat ubi sit Lepus, s autẽ imperfectio, quod debeat defatigari ut Leporem deprehendat, quod nõ certo sciat, ubi scit Lepus, sed qsi dubitando, et velut stultus deflectendo, deus autẽ continet eã perfectionẽ Canis, seclusis imperfectionibus, qa continet cognitionẽ Leporis, loci, ubi sit, sine defatigatione, sine dubitatione, et sine distantia a Lepore: et sic de aliis.

Colligitur ex dictis, nullã Creaturã esse in deo frãliter sdũ tollã suã rationẽ, quã includit. ratio s, qa Creatura considerata sdũ rationẽ adæqtã Creaturæ

quā essenter includit, debet explicare prædicatū, per quod differat a deo; sed hoc prædicatū nō est formaliter in deo: ergo Creatura sub adæquatā rationē Creaturæ, quā essenter includit, nō est formaliter, sive nō continetur formaliter in deo. Ex quo fit, quod differa quælibet Creaturarū a deo, afferat Imperfectionē, nam per id, Creatura est Imperfecta, per quod nō est deus, sive per quod realiter distinguitur a deo.

ad finē rogabis, an quando deus producit aliquā Creaturā, illa desinat esse Eminenter in deo; Respondetur negantur, et sic probatur: nil aliud est Creaturā contineri Eminenter in deo, nisi quod habeat talē virtutē, quē Excellentissima quadā ratione possit producere Creaturā, aut quod contineat illas perfectionem, seclusis imperfectionibus; sed hæc veritas stat, quamvis deus actu producat Creaturā; ergo illa nō desinit contineri Eminenter in deo, quamvis actualiter a deo producatur. mi: est Evidens, quia nō deperdit deus suā virtutē ex eo, quod actualiter producat Creaturā, et nō desinit continere Creaturæ perfectionē, ex eo, quod hæc actualiter producatur, ut est manifestū.

Caput 3.

Difficultatibus occurrimus.

Insurges 1°: si Creaturæ essent Eminenter in deo, Creaturæ essent deus, et deus esset quælibet Creatura; sed hoc dici nō potest: ergo neg. quod Creaturæ sint Eminenter in deo. = Respondetur solū esse huic

Argumento Concedendū Creaturas esse Eminenter in Deo, nō vero absolute Concedendū Creaturas esse Deū, q.a per hanc loquutionē denotari videtur Creaturā frāliter, ut talē esse Deū. et ex nostra doctrina Evidenter infertur Creaturā nō esse Deū. nā ex eo Deus continet Eminenter Creaturā, quod possit Excellentissima quadā ratione producere Creaturā; sed terminus, qui produci potest, necessario distinguitur a virtute productiva: ergo Creatura nāriō distinguitur a Deo, et consequenter Creatura nō est Deus.

insurges 2°: saltē sequitur ex doctrina hucusq. tradita, nō contineri Creaturas Eminenter in Essa divina, quodquidē Essa divina in suo frālissimo Conceptu nō includit potiā Creaturarū productivā. = Respondetur Creaturas contineri Eminenter immediate in Omnipotencia, Mediate vero in Essa divina, q.a omnipotencia est omnino Extra frālissimū conceptū Essæ divinæ, et debetur Essæ tanquā ipsius attributū, quod quidē sufficit, ut Omnipotia immediate, Essa vero divina mediate contineat Eminenter Creaturas, et hoc sufficere ad veritatē nostræ Conclusionis;

insurges 3°: hæc veritas Creaturæ continentur Eminenter in Deo debet provenire ab Omnipotia Dei, in aliquo genere Causæ; sed in nullo provenit: ergo nō datur talis veritas. Minor probatur, q.a nō provenit in genere Causæ efficientis, alioqui Exercuisset Deus virtutē effectivā ab æterno, quodquidē quod Creaturæ contineantur Eminenter in Omnipotia, et veritas, quæ debet ab æterno verificari, et consequenter si hæc veritas nō potest verificari sine Exercitio ~~[illegible]~~ Causæ efficientis, nō poterit nō Exercere omnipotencia virtutē effectivā ab æterno: rursus nō potest verificari in genere Causæ

formalis, q^a iā daretur aliqua Caā formalis denominans Creaturas, anteq. essent, quod nō facile intelligitur.

Respondetur concedendo ma: negdo mi: ad probationē verū ē nō provenire illā veritatē a deo, in genere Causæ efficientis, nullā enī Causā efficientē habet illa veritas; falsū tamē ē, nullā habere sui Caā formalē, nā sicut omnipotentia ē formalis Caā, sive forma denominans deū omnipotentē, ita ē Caā formalis, sive forma denominans deū continentē eminenter Creaturas, et sicut cumulus omniū perfectionū simplicium qui reperitur in deo, denominat deum continentē omniū aliorū entiū perfectiones, seclusis imperfectionibus, ita ē Caā formalis, sive forma denominans deū eminenter continentem omnes Creatas perfectiones.

advertendū ē aliud esse loqui de Creaturis, et aliud loqui de eo, quod Creaturæ eminenter contineantur in deo. fatemur Creaturas provenire a deo in genere Causæ efficientis, negamus tamē continentiā hanc eminentialē a deo provenire, in genere Causæ efficientis, q^a solū a deo provenit in genere Causæ formalis, ut iā explicatū ē. neq. inveniens ē, quod hæc forma denominat Creaturas, anteq. sint, q^a solum extrinsece denominat; denominatio autē extrinseca non petit, quod obtū actualiter existat, ut patet in denominatione cogniti, nā res nō dū existens cognoscitur, et habet denominationē cognitæ. denominationē autē continentiæ eminentialis esse extrinsecā Creaturæ patet ex eo, quod virtus Creaturarū productiva, et inclusio perfectionis ipsa, seclusis imperfectionibus, sit aliqd omnino extrinsecū Creaturæ.

insurges 4°: Creaturæ habent verius esse in deo, quā in se ipsis: ergo sunt in deo formaliter, sive continentur in deo formaliter, Ant probatur ex Augustino Libro 5° de Genesi ad litterā, et ex Anselmo in monologio

Capite 25° asserentibus omnem Creatam substantiam tanto verius esse in verbo, et Intellectu Creatoris, quam in se ipsa, quanto verius existit Creatrix, quam Creata Essentia. Consequentia probatur, quia si non essent in deo formaliter, verius esse haberent in se, quam in deo, nam verior Calor est, qui in se ipso formaliter Calor est, quam Lux, quae solum Eminenter continet Calorem.

Respondetur distinguendo Ant.: Creaturae habent verius esse in deo formaliter, et Conformiter ad naturam Creaturarum, nego Ant.: habent esse verius in deo cum maiori perfectione et nobilitate quae non est Conformis ipsarum naturis in se ipsis formaliter sumptis, Concedo Ant. distinctio manifesta est ex dictis, quae si bene penetrentur nullam relinquent difficultatem. Idem omnes patres. qui dicunt Creaturas esse verius in deo, solum Intendunt cum maiori firmitudine, nobilitate, et Eminentia in deo reperiri, quam formaliter in se ipsis. audiatur Sanctus Thomas Quaesti 18ª Arti 4ª ad 3m: esse hominem verius habetur in propria natura quam in mente Divina; nil deest. nil deest; verius habetur in propria natura, quam in mente divina.

Disputatio 5ª

an, et quomodo attributa divina inter se, et ab essa distinguantur.

Quaestio 1ª

non distinguuntur inter se, et ab essa aliqua distinctione actuali formali ante opus Intellectus. Caput 1m;

Quid sit attributum.

constat ex dictis, in deo reperiri multiplex genus pa-
dicatorum, alia enim praedicata se habent per modum radicis
et actus primi denominabilis per alia, quae subsequuntur,
et alia se habent per modum formae denominantis,
et supponunt priora alia, quae denominent; alia
se habent per modum rationis communis deo, et crea-
turis, ut ratio entis, substantiae, viventis, et spiritus;
alia per modum rationis peculiaris, et specialis, deo
convenientis; alia sunt communia omnibus personis, alia
sunt notionalia, et specialia cuiusque personae sancti-
ssimae trinitatis; alia explicantur vocibus, et concep-
tibus negativis, ut increatum, incorporeum, infinitum, imen-
sum, immutabile, alia explicantur vocibus et concep-
tibus positivis, ut sapiens, omnipotens, et alia huiusmodi,

iam quoque videndum est, quaenam
ex his praedicatis a theologis compellentur attributa
et quid in deo significetur per hoc nomen attributum,
et quidem si hoc vox latissime accipiatur pro omni eo,
quod deo per veram praedicationem attribuitur, sive per
modum actus primi pertinentis ad essentiam, sive per modum
actus secundi, ut extra essentiam constituti; sive per modum ra-
tionis communis, sive per modum rationis specialis, si-
ve illud sit absolutum, et commune, sive notionale
et proprium cuiuslibet personae; sive explicetur voci-
bus, et conceptibus, positivis sive negativis; in hoc
inquam sensu, vox attributum significat omnem, et
quamcunque divinam perfectionem intra deum formaliter existentem;
strictius tamen juxta communem loquendi modum accipitur ea
vox, ac proinde in hac acceptione communiori, et frequen-
tiori

nō significat omnē, et quamcūq; divinā perfectionē;

hoc supposito

mirū ē, quantū dissidant doctores in hac Quaestione de nomine explicandā, alij opinantur rationē attributi pue nire solū illis perfectionibus divinis, quae sunt comunes deo, et creaturis, ~~qui~~ quas ideo existimant attributa vocari, q.a ex creaturis deo attribuuntur pdū nostrū modū intelligendi, ut sunt sapientia, bonitas, potencia, et cae: ita Henricus in suma, Arti. 32. Quaest. 1.a, durandus in 1.o distinc. 2.a, Quaest. 3.a; alij excludentes perfectiones relativas solū absolutas dicunt esse attributa divina. alij dicunt sub ratione attributi aequaliter comprehendi tam perfectiones absolutas, quā relativas, exclusis praedicatis, quae formalissime constituunt essā divinā. alij requirunt, quod sit praedicatū de deo per modū formae adiacentis dictū, et quod sit perfectio simpliciter simplex, alij ulterius requirunt, quod sit nō quomodocunq; perfectio dei, sed talis ut lumine naturali possit cognosci per creaturas naturales;

nos autē cū veriori sentēcia

4 conditiones assignamus, ~~quod~~ pro dignoscendis praedicatis, quae vere et proprie habent rationē attributi iuxta comunē intelligentiā huius vocis. prima conditio ē, ut sit praedicatū absolutū, sive comune omnibus divinis personis, et propter hanc rationē excluduntur a ratione attributi, personalitates divinae, quae licet sint perfectiones, nullā involuentes imperfectionē, nō tamē sunt comunes omnibus personis sanctissimae Trinitatis. ubi notandū, quod qdo exigimus ad rationē attributi, quod praedicatū sit absolutū, nō ideo excludimus praedicatū relativū, et transcendentaliter

respectiuū Creaturarū; nā Omnipotentia reuera
ē praedicatū relatiuū, et transcendentaliter respecti
uū Creaturarū; Intelligimus autē per praedicatū
absolutū illud praedicatū, quod licet sit relatio trans
cendentalis ad Creaturas, nō tamē ē relatiuū, et
respectiuū inter ipsas personas diuinas.

2a Conditio ē, ut sit
praedicatū omnino Intrinsecū Deo, et propter hanc Con
ditionē Excluduntur a ratione attributi denomina
tiones Extrinsecae, et quae Deo conueniunt Ex aduentu,
et Consortio Creaturarū, ut esse ab illis Cognitū,
amatū, honoratū, et cā et propter hanc rationem
Excluditur etiā a ratione attributi, quidquid per
metaphorā, et translaticiā Explicationē Deo attri
buimus, quod si per metaphoricā loquutionē
solū Intendamus significare illud, quod reuera in
Deo reperitur; v. g. si dicamus Deū esse Leonē, et
hac Phrasi translatitia solū Intendamus scāre
fortitudinē, et potentiā Diuinā, profecto fortitudo, et po
tentia nō Excludentur a ratione attributi, quamuis
Phrasi illa translatitia significentur

3a Conditio est,
ut praedicatū illud, quod dicimus attributū, nō sit frā
lissime, et Essentialissime constituens diuinā essentiā,
vnde Excluduntur a ratione attributi omnia illa prae
dicata, quae per modū actus primi, et radicis essā
formalissime constituunt. ratio ē, quia per attributū di
uinū Intelligimus illud, quod Essentiae diuinae att
ribuitur

supponitur quo essa divina iam adaequate constituta, ut hoc praedicatum quod dicimus attributum, illi attribuatur. et propter eandem rationem, omnia illa praedicata communia, quae constituunt formalissime essam divinam, excludimus a ratione attributi. a Conditio 8, quod illud praedicatum, quod dicimus attributum, nario consequatur divinam essam, iam constitutam, unde quaslibet denominationes contingenter deo convenientes excludimus a ratione attributi.

Ex quibus colligitur attributum stricte loquendo et prout ad praesentem materiam spectat, esse perfectionem absolutam, deo intrinsecam, et illi propriam, nario consequentem divinam essam. Omnia haec satis explicata sunt in 4 conditionibus quas recensuimus, pro dignoscendo praedicatum, quod vere, et proprie attributum sit; restat solum explicare quare dicamus attributum esse perfectionem dei propriam, quum satis videatur ad attributum esse perfectio simpliciter simplex, quae in ratione communi deo, et creaturis invenitur; dicimus quod attributum divinum debere esse perfectionem dei propriam, quia ratio communis aut pertinet ad formalissimum conceptum deitatis, et sic non potest esse attributum, aut si non pertinet, v. g. ratio communis sapientiae actualis praescindens a creata, et increata, non est attributum divinum, quia in illo conceptu communi non explicatur, quod illa sapientia sit divina, et consequenter quod neque sit attributum divinum, et ad summum infertur illum conceptum communem inclusum in attributo adaequate sumpto esse metaphisicum constitutivum

Partiale divini Attributi.

Caput 2.m

Aliquae Quaestiunculae dirimuntur.

1.a Quaestiuncula est, an ita deo conveniant attributa, ut qui affirmaret deum esse sapientem, omnipotentem et caetribuat deo praedicatum, quod in ipso revera est. Respondetur omnino affirmanter contra aliquos, qui asseruerunt eiusmodi praedicata affirmativa, magis dici de deo ad removendam aliquam imperfectionem quam ad affirmandam eam perfectionem positivam, quae his vocibus explicatur, v. g. quum dicimus deum esse viventem solum significari deum non se habere, sicut res inanimes; at contra alios qui dixerunt, haec affirmativa praedicata attribui deo, solum ad significandam causalitatem, v. g. vocari sapientem, quia causat sapientiam.

ratio est 1.o quia sapientia, et omnipotentia, et similia alia praedicata sunt perfectiones simpliciter simplices, et nulla involventes imperfectionem: igitur qui illa enuntiat de deo, affirmat id, quod revera est in deo. 2.o quia tunc aliquis affirmat id, quod revera est in obto, quando loquendo de illo obto verissimam propositionem efformat sumptam in toto rigore sermonis; sed quum quis asserit deum esse sapientem, verissimam propositionem enuntiat, sumptam in toto rigore sermonis: igitur sapientia enuntiata revera est in obto, sive in deo, et consequenter quum sapientia actualis divina sit attributum divinum

qd de deo illa praedicamus, attribuimus deo, quod in ipso revera est.

2a quaesiuncula est, an in deo dentur attributa, prout his vocibus significantur, sapientia, omnipotentia, volitio, immensitas, et cae. ratio difficultatis est, quia his vocibus significantur eiusmodi perfectiones, ut ab essentia, et inter se praescisae; sed in deo non dantur, ut ab essentia, et inter se praescisae: ergo in deo non dantur, prout his nominibus significantur. — Oppositum dari in deo eiusmodi attributa, et perfectiones, prout his nominibus, et conceptibus significantur, ex parte obti, non autem prout significantur ex parte cognitionis, et conceptus formalis repraesentantis. ratio primae partis est, quod illis vocibus, et conceptibus formalibus explicatur ex parte obti, est, sapientia, omnipotentia, et immensitas; sed revera dantur in deo sapientia, omnipotentia, et immensitas: ergo sapientia, omnipotentia et immensitas inveniuntur revera in deo, ex parte obti, prout illis vocibus significantur;

ratio 2ae partis est, quia modum attingendi, sive praecissionem illam, quam habent in cognitione, illae perfectiones non habent a parte rei, sive ex parte ipsius obti: ergo illae perfectiones non dantur eodem modo in deo, quo, illis vocibus, et conceptibus formalibus significantur. Consequentia probatur, quia ut darentur ex parte obti eodem modo, quo significantur, debebant dari ex parte obti, cum expressione quam habent ex parte actus, et vocis significantis: sed non datur ex parte obti cum ea praecissione quam habent ex parte actus, et vocis scientis: ergo non

dantur ex parte obti. eo modo, quo scantur, itaq. explicater contingere potest, quod illae voces, et conceptus formales se habeant q.a obtu repraesentatu.

1.o ita ut voces illae, et conceptus frales exprimant, et significent praecissionem ~~illa~~ ipsa, tanq. obtu, et tunc de falsu obtu illud esse revera in deo, q.a ex parte dei nulla datur praecissio inter suas perfectiones; et consequenter ut habeant veritatem no debent enuntiare tanq. obtu in deo existens praecissionem ipsa, qua habet actus. 2.o ita ut per eas voces, et conceptus frales taliter exprimantur sapientia, omnipotentia, et aliae perfectiones, ut ipsis no exprimantur essa, et alia praedicata identificata, et tunc retinent veritatem. q.a solu ex hoc convincitur has praecissiones solu esse formales, et praecisse se tenentes ex parte actus attingentis.

3.o quaestiuncula de, quomodo attributa divina dividantur, respondeo multipliciter dividi. 1.o dividuntur in illud, quod immediate denominat essa, et in illud, quod solu mediate denominat. Prioris generis sunt, intellectio, volitio, ~~et~~ omnipotentia, et alia huiusmodi, quae immediate afficiunt et denominant essa divina. Posterioris generis sunt peculiares proprietates singulorum attributorum. v.g. veritas, et bonitas, intellectionis, ~~et~~ et volitionis; et alia similia, quae immediate afficiunt

specialia attributa, quorum sunt passiones, et proprietates, et mediate divinam essentiam; dividitur 2° attributum, in vitale, et non vitale. nam sicut supra diximus ex praedicatis formalissime constituentibus divinam essentiam, alia esse vitalia ~~non~~ et alia non vitalia; ita similiter dicimus in praesenti alia esse attributa vitalia, et alia non vitalia.

3° dividitur in positivum, et negativum, attributum positivum affert positivum conceptum, ut intellectio, volitio, et alia huiusmodi praedicata: quae positivam dei perfectionem exprimunt. attributum dei negativum aliquid involvit negationem, ut increatum, negationem causae producentis. incorporeum negationem dimensionis, et alia huiusmodi. ubi notandum, attributa negativa ~~non~~ involvere aliquam negationem, non quidem perfectionis simpliciter simplicis. nam ~~in deo~~ quum in deo conveniat omnis perfectio simpliciter simplex, et haec attributa negativa etiam in deo conveniant, non possunt haec attributa negativa nil deest nil deest. nil deest: absolute, et simpliciter esse remotio alicuius perfectionis simpliciter simplicis.

Ubi notandum posset simpliciter considerari, huiusmodi negationes, aut praecise idem, quod sunt remotio, aut etiam idem quod denominant ens; haec negationes non sunt attributa praecise idem quod sunt remotio, sed idem quod denominant ens, in quo radicantur, et cui debentur. ratio est, quia ~~qui mere~~, et chimerae, et alijs obiectis repugnantibus, convenit non posse deficere, non posse mutari, non posse peccare, non posse falli, et tamen huiusmodi negationes non sunt attributa, quis enim dicit esse attributum chimerae indefectibilitatem, immutabilitatem, et impeccabilitatem, hijs enim nominibus affertur quidam conceptus arguens rei perfectionem, arguit tamen illam, quod illa negatio cadit supra conceptum positivum, et potentem existere non vero quod cadit supra conceptum nullo modo potentem existere.

4ª Quaestiuncula est, an attributa diuina sint numero finita vel infinita, ante resolutionem huius difficultatis sciendum est, attributum diuinum posse dupliciter considerari. 1º adaequate, et complete, 2º inadaequate, et incomplete, priori modo accipitur, quando nil relinquitur, quod ad illius constitutionem spectet. posteriori modo sumitur, quando solum accipitur partialis conceptus, siue aliqua formalitas ex pluribus attributum diuinum constituentibus, hoc posito, respondendum est attributa diuina complete, et adaequate sumpta esse numero finita. = ratio est, quia omnes lineae perfectionum possibilium, sunt numero finitae: igitur, et attributa complete sumpta, prout unumquodque complectitur specialem suam lineam, sunt numero finita. Circa quod videatur pater suarez. libro 1º de essentia dei capite 1º et libro 2º de attributis capite 22º;

Si vero, attributa accipiantur, incomplete, et inadaequate, sunt numero infinita. ratio est, quia in intellectione, volitione, omnipotentia, et alijs possunt distingui tot formalitates, quot sunt termini, siue obiecta partialia, in ordine ad quae possunt comparari; sed haec formalitates sunt attributa, incomplete, et inadaequate sumpta; igitur huiusmodi attributa incomplete, et inadaequate sumpta, sunt numero infinita. et hoc non solum contingit in attributis positiuis sed etiam in negatiuis. nam attributum immutabilitatis affert infinitas negationes, quarum singulae cadunt, supra singulas causas, et entitates, quae sunt infinitae, de quibus negatur, quod possint mutare deum et quarum singulae reddunt deum immutabilem. Dum quidem omnes vero absolute, et simpliciter immutabilem.

Caput 3m

Distinctio realis inter attributa, et essentiam, et inter attributa inter se omnino expungitur

sententia fuit cuiusdam Gualteri, cuius meminit Pater Vasquez. et aliquorum aliorum, quos tacito nomine refert Nifhus libro 12° Metaphisice disp: 13, cap: 3°, naturam divinam ab attributis, et attributa ipsa inter se realiter distingui. Eundem errorem sequuti videntur aliqui Arabes, quatenus dixerunt divina attributa superaddi essentiae, tanquam formas alias subto superadditas. idem error tribuitur Gilberto Porretano Episcopo Pitaviensi, licet aliqui sint, qui illum excusare tentent credentes illum fuisse locutum de distinctione relationum ab essa, et de eo errore fuisse a divo Bernardo convictum, et in Concilio Rehmensi damnatum.

Haec sententia, iuxta fidem Catholicam sustineri non potest, et consequenter omnino expungenda est: probatur 1°, non dari eiusmodi distinctionem realem. non potest salvari divina simplicitas, quando datur vera, et realis pluralitas ~~realis~~ sed iuxta hunc dicendi modum datur in deo vera, et realis pluralitas: quatenus iuxta hunc dicendi modum, non potest salvari divina simplicitas. maior est evidens, et probatur Mi:, nam sive essa, et attributa se habeant, tanquam potentia, et actus, sive non se habeant, tanquam potentia, et actus, sed concurrant ad unum totum, revera resultaret pluralitas deo indigna, et contra ipsius simplicitatem.

Confirmatur: si attributa realiter distinguerentur ab essa, et inter se, ut cum essa realiter unirentur, et sic facerent realem compositionem, et deus esset realiter compositus, nam unio realis est, Phisica extremorum compositio, ut non unirentur, et sic facerent unum totum per accidens, quum partes componentes, neque essent unitae, neque identificatae: atqui indignum est asserere deum esse realiter compositum, aut esse unum totum per accidens, sicut est acervus Tritici, aut Lapidum ex multis granis, ~~aut lap~~ non unitis, et Lapidibus coalescens: quatenus: et cae.

Probatur 2°: non plus differunt attributa divina ab essa, et inter se, quam relationes ab essa ut omnes

fateantur

imo plures, et grauissimi Theologi credunt longe maiorem distinctionem intercedere inter relationes, et essentiam, quam inter hanc, et attributa, aut attributa ipsa inter se; sed relationes non distinguuntur realiter ab essentia, ergo neque attributa ab essentia, aut attributa inter se realiter distinguuntur. Minor probatur, ex Concilio Rehmensi, in quo definitur personam esse diuinam substantiam, et deum, et deitatem; et relationem esse deum; unde sequitur quod si relationes realiter cum diuina natura identificantur, attributa etiam cum diuina natura, et inter se realiter identificabuntur.

Confirmatur ex Concilio Lateranensi, in quo definitur in deo non esse quaternitatem, hoc nomen erum quaternarium; sed si attributa diuina ab essentia, et inter se realiter distinguerentur, in deo non solum quaternitas, sed plus quam quaternitas daretur: ergo salua fide asseri non potest attributa diuina ab essentia, et inter se distingui realiter. Minor probatur; ex eo in diuinis datur trinitas, quia dantur tres personalitates inter se realiter distinctae, licet cum essentia diuina realiter identificatae; sed iuxta hunc dicendi modum dantur plura attributa ab essentia diuina, et inter se distincta realiter: ergo in deo non solum quaternitas, sed plus quam quaternitas daretur.

Probatur 3°: deus est id, quo nil melius esse, aut excogitari potest; sed posset esse, aut excogitari aliquid melius deo nostro de facto existenti si essentia, et attributa, et attributa ipsa inter se realiter distinguerentur: ergo attributa ab essentia, et attributa inter se realiter non distinguuntur. Maior constat ex dictis, et probatur minor; melior esset deus, si nulla esset distinctio realis actualis inter suam essentiam, et attributa, et inter attributa inter se, quam si intercederet eiusmodi realis distinctio, inter suam essentiam, et attributa, et inter ipsius attributa inter se collata, quodque si deus haberet hanc identitatem, retineret omnium attributorum perfectiones, et suam summam simplicitatem: ergo si hoc non haberet, posset dari, aut excogitari alius deus perfectior deo nostro de facto existenti;

Opponitur 1°: quae pertinent ad diuersa praedicamenta

nō possunt identificari realiter; sed Essa, et attributa perti
nent ad diversa prædicamenta, qtur nō possunt identificari
realiter: maior tanq; certa supponitur, et probatur minor: Essa
pertinet ad prædicamentū substantiæ, et attributa ad prædica
mentū accidentis. Respondetur 1° omittendo ma: et distingdo minorē:
Essa, et attributa pertinent ad diversa prædicamenta ex imper
fecto nostro concipiendi modo; concedo mi; realiter, sive
ex parte obti nego mi. itaq; quū Essa, et attributa sint realiter
sive ex parte obti una, et indivisibilis entitas, ad prædicamentum
ad quod pertinuerit Essa, pertinebunt etiā attributa, qdqd sit,
an aliquid aliud habeant, ex imperfecto nostro concipiendi modo, qui
modus ex parte obti, nō datur. = Respondetur 2°, actionē, et passionē
ex mente Arlis ad diversa prædicamenta pertinere, et ex mente
eiusdē realiter identificari.

Opponitur 2°; nō repugnat divinæ sim
plicitati distinctio realis perfectionū: qtur attributa divina possunt
realiter tam ab Essa, quā inter se distingui, quin obstet divina
simplicitas. Ant probatur in relationibus divinis, quæ realiter
distinguntur, quin tamē minuatur divina simplicitas. Respondetur
nō repugnare quidē divinæ simplicitati distinctionē perfectionū
relativarū, repugnare autē distinctionē perfectionū absolutarū.
ratio est, qa simplicitas divina debet esse talis, ut nō excludat
fœcunditatē, quæ quū stare nequeat absq; reali distinctione
perfectionū relativarū, nō opponitur divina simplicitas distinc
tioni perfectionū relativarū; opponitur autē divina simplicitas
distinctioni perfectionū absolutarū, qa hæc afert revera plurali
tatē, quæ necessaria nō est ad fœcunditatē.

Caput 4m

mens Scoti circa præsentē diffi: indagatur.

Subtilis doctor in 1m distinctione 8a Quæst: 4a et Codlibeto 1°
Quæsti: 1a asseruit, attributa divina distingui ab Essa, et
inter se, nō qdē realiter actualiter, sed formaliter, et
ex natura rei,

quam distinctionem voluit esse mediam, inter realem, et rationis. Eadem doctrina desumitur ex pluribus aliis locis, et praesertim ex iis, quae tractat de distinctione inter essentiam, et relationes in 1.m distinc. 2.a Quaest. 4.a non desunt, qui dicant Scotum non adstruxisse aliquam distinctionem actualem sed solum virtualem ante opus intellectus. Videatur Pater Hurtadus in Metaphysica, disp. 6.a sect. 3.a Pater Raynaudus in Theologia Naturali, distinc. 6.a, nu. 65. Verum Scotum adstruxisse distinctionem mediam, sive actualem formalem ex natura rei, et ante opus intellectus, communiter defendunt Scotistae, et illam attribuunt attributis inter se, et comparatione essentiae.

Pro maiori explicatione huius distinctionis formalis, et ex natura rei, indagandum nobis est, quid intelligant Scotistae per formalitatem, et realitatem, nam hanc distinctionem asserunt inveniri inter duas formalitates, non autem inter duas realitates, quod licet admodum difficile sit propter opinionum varietatem, quae reperitur inter ipsos etiam subtilissimae Scotiae domesticos, conabimur tamen ex iis, qui melius Scoti mentem penetrarunt, horum terminorum genuinam explicationem tradere. Formalitas ergo apud Scotistas est ratio quaelibet positiva extra animam constitutiva, conceptibilis, quantum est de se, conceptu proprio, et non ut quid alterius.

Ratio positiva, ad excludendum negationes, et privationes, quae proprie non sunt formalitates, praeterea dicitur extra animam ad excludendum figmenta, et entia rationis, quorum existentia tota est in anima, et intellectu, et ideo non sunt formalitates, quia haec distinctio quam Scotus adinvenit, est inter formalitates, extra animam, et intellectum existentes. Ulterius dicitur constitutiva, nam ratio constituens appellatur proprie loquendo formalitas

et constitutum dicitur formalizatum; unde animal proprie loquendo dicitur formalitas hominis, quem constituit; homo vero qui est constitutus appellatur formalizatus, non vero formalitas proprie loquendo. Et consequenter quodlibet praedicatum constituens, quod reperitur in Deo, est formalitas, non autem totum constitutum.

Praeterea dicitur conceptibilis, quia formalitas proprie sumpta, prout distinguitur a realitate, respicit esse intelligibile, realitas vero respicit esse reale; unde formalitas dicitur esse per ordinem ad conceptum formalem sub quo quaelibet ratio haberi potest in intellectu, vel causando speciem sui, in quo sensu solet appellari obiectum motivum, vel potest haberi in intellectu, tanquam obiectum mere terminativum, in quo sensu solet appellari obiectum mere materiale, et ideo scotistae communiter a distinctione conceptuum formalium colligere solent distinctionem formalitatum ex parte ipsius obiecti realis. = Deinde dicitur quantum est de se, quia formalitas, licet sit in ordine ad intellectum, ut iam explicatum est, non pendet ab intellectu, neque actuali, neque possibili ut existat; et consequenter formalitas animalitatis, et rationalitatis in homine ante intellectum existens actualiter daretur, licet nullus daretur intellectus actualis aut possibilis.

Ultimo tandem additur conceptu proprio, et non ut quid alterius per quae verba significatur excludendas esse a ratione formalitatum omnes modalitates, quae non sunt per se conceptibiles, ut hoc autem intelligas, debes advertere scotistas admittere distinctionem quandam modalem minorem distinctione formali et ex natura rei, inter attributum divinum, et eius infinitudinem, nam dicunt finitudinem, aut infinitudinem esse modos

Cuiuslibet perfectionis, et hos modos distingui ab ipsa perfectione, Cuius sunt modus, distinctione quadam minori, quam sunt ea, quae versatur inter perfectiones ipsas inter se collatas. quum ergo hae modalitates non sint per se conceptibiles, finitudo eum, aut infinitudo per se non sunt conceptibilis, nisi cum perfectione, quae finita, aut infinita sunt; Excluduntur a ratione formalitatum omnes hi modi, sive modalitates.

ad Explicationem realitatis dicunt Scotistae realitatem posse dupliciter accipi. 1° pro realitate subsistentiae, 2° pro realitate Existentiae. Unde multiplicantur realitates, eo ipso, quod multiplicentur Existentiae, quod facile intelligitur, quoquidem ipsa Existentia sunt realitas, non autem facile intelligitur, si dicatur esse conditionem ad realitatem, quum multiplicatio conditionis de se non multiplicet, id ad quod sunt conditio, praeterea multiplicantur realitates ex multiplicatione subsistentiae, ut patet in personis divinis, quae sunt 3 realitates, per solam multiplicationem subsistentiae, sub unica Existentia divina. Ex quo fit, non posse multiplicari realitates, nisi multiplicata Existentia, vel saltem subsistentia, quia nil sunt, quod sit realitas apud Scotistas, nisi vel Existentia, vel subsistentia.

et tandem concludo Conceptus aliquos realiter distingui apud Scotistas, nil aliud esse quam stare sub pluribus Existentiis, vel subsistentiis, nam distingui realiter sunt esse plures realitates; sed esse plures realitates sunt, stare sub pluribus Existentiis vel subsistentiis: ergo et cc. et etiam concludo tunc dari distinctionem formalem actualem in Obto, sive ex natura rei, quod circa illud possunt in intellectu esse plures Conceptus formales non equivalentes.

sive quod possunt esse plures definitiones formales, ita quod quodcunque multiplicatur formalitas in Intellectu, multiplicetur etiam formalitas in Obto ipso actualiter distincta, et quum circa attributa rei essae, et inter se collata multiplicentur in Intellectu distincti conceptus formales, sive distinctae definitiones, fit, quod attributa ab essa, et inter se distinctione formali actuali ante opus Intellectus distinguantur. hoc est Scoti, et Scotistarum doctrina fideliter tam ex Scoto, quam ex Scotistis deprompta.

Caput 5.m

Impugnatur distinctio Scoti.

Omitto plures rationes inefficaces, quibus impugnari solet Scotica doctrina. Omitto etiam Sanctorum Patrum Testimonia, quibus nostri doctores debellare tentant distinctionem hanc formalem actualem, sive ex natura rei, inter essam, et attributa, et inter attributa ipsa inter se. et solum est animus cum brevitate proponere rationes, quae mihi videntur efficaciores contra eiusmodi doctrinam; si quis autem desideret maiorem argumentorum, et impugnationum copiam et authoritatis pondera, consulat nostrorum doctorum scripta, et recentiorum codices, in quibus usque ad satietatem videbit plura alia contra hanc Scoticam doctrinam excogitata.

Impugnatur 1.o: distinctio haec formalis, sive ex natura rei destruit omnem distinctionem rationis, quam et Scotus admittit in 1.m distin: 2.a Quaest: 9.a, et Scotistae negare non possunt: ergo distinctio haec formalis, sive ex natura rei sustinenda non est, aut probatur: ideo datur distinctio formalis, sive ex natura rei inter duas formalitates in Obto ante Intellectum existentes

qa de illo obto verificantur distincti conceptus formales; sed quotiescunq. datur distinctio rationis, verificantur, et multiplicantur in intellectu distincti conceptus frales: gtur quotiescunq. datur distinctio rationis datur distinctio formalis actualis, sive ex natura rei, ante opus intellectus, et consequenter ipsa rationis distinctio destruitur, nam distinctio rationis debet versari circa obtum indistinctum ante opus intellectus.

2° impugnatur: distinctio hæc frali, sive ex natura rei ante quodlibet opus intellectus revera est distinctio realis; atqui inter essa et attributa non est ponenda distinctio realis: gtur neq. ponenda est distinctio formalis, sive ex natura rei. maior probatur; illa est distinctio realis, quæ negat identitatem realem; sed distinctio formalis, sive ex natura rei præcedens omnem intellectus operationem negat, aut destruit identitatem realem: gtur distinctio hæc est distinctio realis. maior huius silogismi ab scoto et scotistis conceditur; minor vero probatur: illa identitas est realis, quæ si poneretur inter extrema, a quibus excluditur, ea redderet absolute et realiter identificata, et sub eadem existentia reali; sed identitas quam negat distinctio hæc scoti redderet si poneretur extrema a quibus excluditur, absolute et realiter identificata, et sub eadem existentia reali, gtur illa identitas quam negat hæc distinctio esset identitas realis.

Minor huius ultimi silogismi probanda est; ea autem sic probatur: illa identitas faceret extrema esse formaliter, et ex natura rei idem

4° quaderno de attributis

et habere eandem existentiam realem. Sed hoc neque concipi, absque identitate reali, imo hoc esset summa identitas realis, et magis idem essent extrema in sententia Scoti, per identitatem formalem, quam per identitatem mere realem; rursus hoc identitas formalis neque concipi, si illa extrema non habeant eandem existentiam realem; quatenus identitas illa quam distinctio media negat si poneretur, redderet extrema absolute, et realiter identificata, et consequenter identitas illa esset absolute realis, et negatio huius identitatis, et et negatio identitatis realis, ac proinde, qui ponit hanc distinctionem formalem ponit distinctionem realem inter essentiam, et attributa, et inter attributa inter se collata.

3° quod duo extrema distinguantur realiter, solum addit forma id, quod est distingui ante quamcumque intellectus operationem, quod extrema, inter quae versatur distinctio, sint realia, sed extrema inter quae versatur scotica distinctio sunt extrema realia, quatenus distinctio scotica est distinctio realis. Minor probatur, haec duo extrema, nimirum essentia, et intellectio actualis ante quamcumque intellectus operationem sunt distincta, et habent aliquod esse, et hoc esse debet esse entitativum, et consequenter sunt duae entitates, et si sunt duae entitates habent duplicem existentiam. quid ergo deficit ut sint extrema realia. Unde fit quod extrema inter quae versatur scotica distinctio sint realia, et habeant duplicem existentiam realem, et consequenter quod tota distinctio sit realis, quia nil aliud requiritur ad distinctionem realem, etiam iuxta principia Scoti, ut ex capite praecedenti constat.

4° haec distinctio scotica, est tam vere proprie et simpliciter distinctio, quam est distinctio realis, quod sit de nomine, quo sit appellanda; sed hoc est incidere in sententiam Gualteri cap. 3° reiecti, quatenus scotica distinctio sustinenda non est; ma. probatur, nam Dni Scotistae totum discrimen earum distinctionum est

in eo, quod distinctio fralis inter duas fralitates, et distinctio
realis inter duas realitates versetur; et supposito hoc dis
crimine, tam vere, et proprie distinguitur fralitas a fralitate
quam realitas a realitate, mi probatur, quia ex eo qua
lterus reiciebatur, quod poneret vere proprie, ac
simpliciter distinctionem inter essentiam et attributa, et
inter attributa inter se collata, nil curando de nomine
quo hac sua distinctio esset compellanda: et quidem,
ante tempora Scoti, parum curabatur de nomine
distinctionis realis, aut formalis, quando qualterus
a communi sensu Ecclesiae impugnabatur. Sed solum
curabatur de exclusione dicendo distinctionem vere
et proprie, ac simpliciter talem inter divinas per
fectiones.

2°. qui negat hanc fralitatem esse illam,
negat vere, ac proprie identitatem inter eas fralitates
non minus quam qui negat hanc realitatem esse illam,
negat veram ac propriam identitatem inter eas realitates;
quia qui affirmat hanc fralitatem distingui ab illa
tam veram, ac propriam distinctionem affirmat, quam
qui affirmat hanc realitatem distingui ab illa, ant
probatur, nam sicut illa, quae sunt idem ante opus intellectus
conveniunt in vera, ac propria ratione identitatis, identitas
enim vera, ac propria definiri potest independenter ab
eo, quod extrema sint huius, vel alterius conditionis
ita illa, quae distinguuntur ante opus intellectus conveniunt
in vera ratione distinctionis: quia Scotus adinvenit inter
essentiam, et attributa, et ipsa attributa inter se veram, ac pro
priam rationem distinctionis, hoc autem sustinendum non est quia
et ea

6°: simplicitas divina summa, et perfectissima nō solū excludit omnē pluralitatē, partiū realiter distinctarū, sed etiā omnē pluralitatē, partiū ex natura rei distinctarū, ut ex terminis istis manifestū videtur, et definiri videtur in Concilio Lateranensi, et refertur in Capite firmiter, de summa Trinitate illis verbis simplex omnino, hoc est, ut explicat glossa, in omni genere, tam realiter quā ex natura rei: ergo distinctio scotica opponitur divinae simplicitati summae, et perfectissimae. nā sicut ex pluribus distinctis ex natura rei, nō potest nō resultare compositū ex natura rei, ita deus nō poterit nō esse compositus ex natura rei, si essa, et attributa inter se ex natura rei distinguantur, quod quidē absurdum videtur, quū in deo debeat poni maior simplicitas, quae possit excogitari, et maior proculdubio esset, si excluderet omnē verā compositionē, etiā ex natura rei.

Caput 6m

Scoti, et Scotistarū aliquibus argumentis satisfacimus.

1m Argumētū: diversitas conceptuū fr̄aliū arguit in obto distinctionē fr̄alē actualē ante opus intellectus, sive ex natura rei; sed circa essā, et attributa, et circa attributa ipsa, inter se collata datur diversitas conceptuū fr̄aliū: ergo inter essā, et attributa datur distinctio actualis formalis, sive ex natura rei ante opus intellectus. Confirmatur: sicut distinctio realis cognoscitur, ex separabilitate reali unius ab alia, ita distinctio fr̄alis cognoscitur ex separabilitate unius conceptus formalis ab alio; sed conceptus formalis sapientiae divinae separabilis est a conceptu formali bonitatis divinae: ergo sapientia divina distinguitur fr̄aliter actualiter a bonitate divina. totus sillogismus est rectus, et videtur concludere intentū.

Respondetur negando maiorem nam quodcūq. fit distinctio rationis datur diversitas, et multiplicitas conceptuū formaliū, quin tamē in obto ad quod tendunt diversi illi conceptus fr̄ales

arguatur aliqua distinctio actualis ante opus Intellectus. et ut
clarius hanc veritatem quincamus, comparemus essentiam divinam cum
attributis. essentia divina est radix attributorum, ac proinde conceptibi-
lis diversis conceptibus formalibus, nam quatenus concipitur ut
radix sapientiae actualis, non concipitur ut radix immensitatis,
quin tamen in essentia divina antecedenter ad attributa dicun-
tur diversae formalitates distinctae ex natura rei, formaliter
et actualiter ante opus Intellectus, etiam iuxta scotum, et
scotistas: igitur non bene arguitur multiplicitas formalitatum
in Obto. ex multiplicitate conceptuum formalium.

ad confirmationem respondetur
negando ma; quamvis enim distinctio realis bene colligatur
ex separatione reali unius extremi ab alio, non tamen
bene colligitur aliqua distinctio actualis ex separabili-
tate reali, unius conceptus formalis ab alio. nam circa
eandem omnipotentiam, immensitatem, et quodvis aliud attribu-
tum, prout ab alio distinctum versari potest conceptus
formalis intuitivus, et abstractivus, clarus, et obscurus,
sicut idem aer potest illuminari luce remissa, et
luce magis intensa, quum tamen conceptus formalis
intuitivus, et abstractivus, clarus, et obscurus sint
diversi, quin omnipotentia, immensitas, et quodvis aliud attri-
butum varietur, sicut lux remissa, et intensa sunt
distinctae luces, quin tamen idem aer varietur.

2m argumentum quando
cognoscitur unum attributum, vel terminat aliud eandem cognitionem,
vel aliud non terminat eandem cognitionem; primum dici non potest, quia
terminare eandem cognitionem est cognosci per eandem cognitionem,
et consequenter per illam cognitionem, per quam cognoscitur om-
nipotentia divina, cognosceretur etiam immensitas divina: sed
hoc est contra manifestam experientiam: igitur non per eandem
cognitionem per quam cognoscitur omnipotentia divina

Cognoscitur etiam Immensitas divina, et consequenter dici non potest, quod quando unum attributum terminat cognitionem, terminet etiam aliud eandem cognitionem. restat ergo quod dicatur aliud attributum non terminare eandem cognitionem. atqui ex hoc infertur unum attributum actualiter ante opus intellectus non esse aliud, quia si esset aliud, sequeretur, quod terminaret, et non terminaret eandem cognitionem: ergo, et cae.

Respondetur dum concipitur unum attributum reliqua omnia terminare eandem cognitionem, ex parte obti, quia omnia ex parte obti sunt unum, et idem, neque datur ex parte obti unum et aliud, et consequenter non datur aliquid, quod terminet illam cognitionem, et aliquid quod non terminet, datur ergo distinctio rationis, quando illud obtum in se unicum, et indivisibile modo est, sub conceptu formali inadequato clariori, et modo sub conceptu inadequato formali obscuriori. ex quo fit, quod quando unum attributum, omnipotentia v. g. cognoscitur per conceptum formalem proprium omnipotentiae non cognoscatur Immensitas sub conceptu formali proprio Immensitatis licet per conceptum formalem proprium omnipotentiae etiam Immensitas cognoscatur.

3m Argu: est, instantia, et maior declaratio praecedentis: hic conceptus formalis, omnipotentia vel significat idem, quod hic conceptus formalis Immensitas vel non significat idem; si dicas 1m dicis rem apperte falsam, quia aliquid aliud scire intendimus, quando dicimus deus est omnipotens, ac quando dicimus deus est Immensus, et deinde si significaret idem uterque conceptus, omnia nomina, et conceptus formales tendentes circa attributa, et essentiam, essent synonima. si dicas 2m; ergo aliquid aliud significat conceptus formalis omnipotentia, et omnipotens quod non significat conceptus formalis Immensitas, et Immensus

et consequenter aliquid aliud ex parte obti est, omnipotentia, et immensitas, ac proinde datur distinctio formalis actualis ante opus intellectus inter essentiam, et attributa, et inter attributa inter se collata.

respondetur hunc conceptum formalem omnipotentia scilicet idem ex parte obti, directi, et immediati ac significare hunc conceptum formalem immensitas. ratio est, quia hic conceptus omnipotentia, et omnipotens, significat illud quod est in re omnipotentia, et omnipotens, sed illud quod est in re omnipotentia, et omnipotens est in re immensitas, et immensum: igitur omnipotentia, et omnipotens significant ex parte rei, sive ex parte obti immensitatem, et immensum, neque ex cogitari potest, ut supra dicebamus quod in obto penitus indivisibili, et insectili detur aliquid, quod significetur, et aliquid quod non significetur per unum, et alterum conceptum formalem. neque hinc sequitur eiusmodi voces, et conceptus formales esse synonimos, quia saltem ex parte obliqui, vel connotati vel obti indirecti significant aliquid diversum.

4.um argumentum;

inter essentiam, et relationes datur actualis distinctio formalis ante opus intellectus: igitur eadem distinctio dabitur, inter essentiam, et attributa. consequentia clara videtur a paritate rationis. antecedens probatur 1.o; essentia divina est essentialiter communicabilis, et relatio paternitatis non est essentialiter communicabilis: igitur relatio paternitatis non est essentialiter natura, sed quid ab ea essentialiter distinctum, et quum hoc contingat ante opus intellectus, dabitur distinctio formalis essentialis, actualis, sive ex natura rei inter essentiam, et relationes. 2.o haec propositio est verissima, filiatio est natura divina; igitur datur identitas realis inter subtum, et praedicatum, alias, propositio non esset vera. illud ergo quod attingitur ex

parte praedicati vel distinguitur actu formaliter, et ex natura rei a paternitate, vel non distinguitur.

Si dicas distingui actu formaliter, et ex natura rei a paternitate, ita dabitur distinctio actualis formalis inter essentiam, et paternitatem, et similiter etiam dabitur inter essentiam, et reliqua attributa. Si dicas non distingui actu formaliter, et ex natura rei a paternitate, sequitur quod de filiatione praedicetur paternitas, quod est haereticum, nam illud totum quod attingitur actu, formaliter, et ex natura rei ex parte praedicati dicitur de subiecto illius propositionis, sed ex parte praedicati attingitur actu, formaliter, et ex natura rei paternitas: ergo paternitas praedicatur de filiatione multis aliis modis potest ex mysterio Trinitatis hoc argumentum urgeri.

Respondetur 1°. hoc argumentum nullatenus favere doctrinae scotistarum, nam etiam in horum sententia posita distinctione formali manet identitas realis, et consequenter intelligi non potest, quomodo natura divina sit realiter communicabilis, et relatio realiter incomunicabilis, et quomodo natura divina realiter praedicetur de filio, non vero praedicetur realiter paternitas, et alia huiusmodi, quae ex mysterio Trinitatis credere debemus. Respondetur 2°, hoc, et alia argumenta sicut non probare in divinis distinctionem realem actualem, ita nec probare distinctionem aliquam formalem actualem ante opus intellectus. Respondetur 3°. inter essentiam, et relationes poni ab Ingeniosis Respondetur distinctionem quandam ~~actu~~ realem virtualem de qua in materia de Trinitate, et in Quaestione sequenti aliqua dicemus, et consequenter neque ex his, neque ex aliis argumentis ullo modo probari distinctionem actualem formalem scoticam ante opus intellectus.

Quaestio 2a.

An ~~attributa~~ ab essentia, et inter se distinguantur aliqua distinctione reali virtuali ante opus intellectus?

Caput 1m

aliqua explicantur, et punctum diffi: exponitur.

Ex dictis constat manifeste Attributa divina non distingui inter se, et ab essentia aliqua distinctione actuali ante opus intellectus, sive ea sit realis ut voluit Gualterus, sive formalis ut voluit Scotus, sive modalis quale posuit Durandus inter essentiam, et personalitates. Fateor me in superiori quaestione specialiter non fuisse locutum de hac distinctione modali, quia ea sufficienter manet explosa ex iis, quae contra distinctionem realem, et formalem sive ex natura rei in medium produximus, nam divina simplicitas summa, et perfectissima respuit omnino realem pluralitatem, et compositionem, quae procul dubio daretur, si distinctio ea modalis in divinis admittatur ante opus intellectus.

Modo quoad in praesenti inquirimus an Attributa divina ab essentia, et inter se distinguantur aliqua distinctione reali virtuali, ad eum modum, quo ingeniosi Patres suis temporis dicunt in materia de Trinitate relationes distingui ab essentia realiter virtualiter, ex qua doctrina aliquantum sibi videntur mitigari mysterii Trinitatis difficultatem, et quidem si semel statuatur eiusmodi distinctio realis virtualis inter praedicata identificata realiter quin summa identitas, et simplicitas realis obstet eiusmodi distinctioni, videtur eiusmodi distinctionem esse statuendam inter essentiam, et Attributa, ut sic ponatur uniformis distinctio inter omnes divinas perfectiones.

Non indagamus modo eam distinctionem virtualem minorem quae, et fundamentalis solet appellari, quia est fundamentum ad distinctionem rationis ratiocinatae efformandam; certum enim est essentiam divinam ab Attributis, et Attributa inter se collata praebere fundamentum ad distinctionem rationis, et consequenter hanc rationis distinctionem in virtute unius entitatis, realiter indivisibilis, et insectilis contineri. Loquimur quoad de distinctione virtuali reali maiori, quae sine multiplicitate realitatum, aut formalitatum in obiecto realiter indivisibili ante opus intellectus existentium facit, quod obiectum illud, licet in se

indivisibile, possit sustinere prædicata ex se contradictoria,
pro cuius intelligentia
sciendum est distinctionem realem formalem duo præstare, unum est facere,
quod extrema inter quæ versatur excludant realem identitatem,
vi cuius exclusionis unum negatur de altero, et unum de altero
non potest affirmari: v. g. quia datur exclusio realis identitatis,
et consequenter distinctio realis inter Petrum, et Paulum, Petrus nega
tur de Paulo, et contra; neque potest affirmari, quod Petrus sit
Paulus, neque quod Paulus sit Petrus. alterum est facere, quod
extrema reddantur apta, ut verificentur de illis prædicata
secundum se contradictoria. v. g. albus non albus, sunt prædicata
ex se contradictoria; distinctio tamen realis, quæ datur inter
Petrum, et Paulum facit, ut de Petro verificetur, quod sit albus,
et de Paulo, quod non sit albus.
distinctio quæ virtualis non æqui
valet distinctioni reali ~~virtuali~~ formali in 1° munere bene
tamen in 2°, nam licet faciat quod utrumque prædicatum ex
se contradictorium verificetur de entitate realiter una,
divisibili tamen virtualiter, non tamen facit, quod extremum
virtualiter ab alio distinctum realiter possit ab alio separari,
aut possit realiter de alio negari, quia si hoc faceret, iam
non esset distinctio virtualis, sed realis, actualis, et formalis.
stante quo identitate reali in obto datur verificatio dupli
cis prædicati contradictorij ac si obtum constaret prædicatis, et
partibus realiter inter se distinctis, et hoc est, quod unica, et
indivisibilis entitas realis æquivaleat realiter distinctis
ut distinctis.
Consonat hæc doctrina cum ea, quam disputatione
4ª tradidimus. ibi enim docuimus deum non esse formaliter crea
turam, licet contineat eminenter perfectiones creaturarum,
ratione ~~[illegible]~~ cuius continentiæ eminentialis potest dici
eminenter continens creaturæ perfectionem: ita si ponatur hæc
distinctio virtualis inter essentiam divinam, et relationes, ut re
vera ponitur ab ingeniosis

nil aliud docetur, nisi quod hæ divinæ perfectiones nō sint realiter, actualiter, et formaliter distinctæ ante Intellectus nostri operationē, sint tamē eminenter æquivalenter et virtualiter distinctæ, hoc est eminentes perfectionē distinctionis realis, capacitatē nimirū ad recipiendū prædicata contradictoria realia absq. imperfectione propria realis distinctionis, nā revera est imperfectio, quod unū extremū, nō sit actu, et realiter aliud.

Huic distinctioni virtuali absolute, et simpliciter opponitur virtualis identitas, nā sicut reali distinctioni opponitur absolute et simpliciter identitas realis, ita distinctioni virtuali identitas ~~realis~~ virtualis opponetur. Est q. identitas virtualis reciproca æquivalentia sive mutuus consensus in extremis realiter identificatis in ordine ad munia realia; nā q.do extrema sunt realiter virtualiter eadē ita se habent, ut nil reale possit affirmari de uno, quod nō affirmetur de alio. alij dicunt identitatē virtualē esse illā, quæ facit ne extrema actu identificata æquivaleant distinctis, ut distinctis in ordine ad munia realia, et prædicata contradictoria verificanda. Pro utraq. definitio eundē sensū continere videtur.

Est q. difficultas, quā in præsenti agitamus, an attributa divina tanquam essa, quā inter se habeant omnimodā identitatē, tam realē, quam virtualē, sive an taliter se habeat essa cū attributis, et attributa ipsa inter se collata, ut sint extrema licet nō realiter, virtualiter tamē distincta, q.a detur in ipsis capacitas ad verificanda prædicata ex se contradictoria ante quamcunq. intellectus operationē: sicut in paternitate, et essa licet realē habeant identitatē, et sint realiter una, et indivisibilis entitas, invenitur capacitas ad verificanda prædicata ex se contradictoria; essa enim communicatur filio, et paternitas nō

Communicatur filio, Jo potius a filio distinguitur, ratione cuius Capacitatis Essa, et Paternitas realiter virtualiter distinguuntur; ante quamcunq. nostri Intellectus Considerationem.

Caput 5m. nostra sententia Circa Praesentem Diffi: apperitur.

quem totum fundamentum, et Basis huius distinctionis realis virtualis sit verificatio duplicis Praedicati Jdem se contradictorij realis respectu Extraneorum, quae realiter identificantur, solum videndum est, an de attributis divinis, quae habent identitatem realem, et formalem verificentur praedicata contradictoria realia, ut Exinde Colligamus, an inter se realiter virtualiter distinguantur; sicut in Materia de Trinitate Colligitur dari distinctionem realem virtualem inter Essam, et relationes, ex Eo, quod de Essa, et relationibus verificetur communicari, et non communicari, produci, et non produci, distingui, et non distingui, opponi, et non opponi, ante quamcunq. Intellectus nostri Considerationem, quae quidem sunt praedicata ex se contradictoria realia.

assero 90.o inter Intellectionem et volitionem, quae iuxta nostram sententiam sunt attributa divina, et habent inter se realem identitatem, datur distinctio realis virtualis, hanc Conclusionem Expresse tuentur Pater Martinus Perez de Deo Trino Disp: 6.a sect: 2a Nu: 9.o Magister albis Tractatu 4.o de Trinitate, Disp: 3.a sectione 9.a, Pater Arriaga in prima parte Disp: 42.a sect: 5.a Numero 90.a Pater Herigee Tracta: 2.o Disp: 12.o Nu: 5.o, quamvis hic doctor asserat hanc distinctionem virtualem intercedentem inter Intellectionem, et volitionem

esse magis remotam, et radicalem, caeterum de hoc pro re
praesenti parum curandum est, quum ipse absolute concedat
haec attributa continere realem distinctionem virtualiter,
et absolute verificare praedicata contradictoria re
alia. Eiusdem opinionis sunt aliqui alii, praesertim
ex Patribus.

Probatur statuta conclusio: Verbum divinum
procedit per intellectionem, non autem per volitionem, et
e contrario Spiritus Sanctus procedit per volitionem, non
autem per intellectionem: sed procedere, et non procedere
sunt praedicata contradictoria realia, quae cadunt
supra entitatem intellectionis, et volitionis, quae sunt reali-
ter una, et eadem indivisibilis entitas: ergo de una, et eadem
entitate realiter indivisibili verificantur praedicata ex
se contradictoria realia. Sed quotiescunque verificantur eius-
modi contradictoria praedicata, datur aliqua distinctio ex
parte illius subti de quo verificantur, alias idem omnino
indivisibile subtum esset, et non esset, quod est manifeste im-
plicatorium: quum ergo non detur distinctio realis, aut formalis,
ut iam in superioribus probatum est, dabitur distinctio realis
virtualis, et consequenter inter intellectionem, et volitionem,
quae sunt attributa, versatur distinctio realis virtualis.

Confirmatur, et explicatur
ratio praecedens, quamvis verbum divinum sit intelligens, et
amans, et similiter Spiritus Sanctus sit etiam amans et
intelligens, non eodem modo communicantur verbo, et
Spiritui Sancto intellectio, ac volitio: nam verbo com-
municatur intellectio, ex vi formali suae processionis, ut ex
vi formali suae processionis evadat verbum, et Spiritui Sto
ex vi formali suae processionis communicatur volitio, et

nō Intellectio, et quū hic diversus modus Comunicationis se teneat ex parte unius Entitatis realiter indivisibilis quae est Intellectio et volitio, fit, quod de Eadē Entitate realiter indivisibili verificetur quod hoc modo Comunicetur et nō hoc modo Comunicetur, quae sunt praedicata Contradictoria realia.

Dices 1° Cū Patre Granado solū esse Concedendū filiū procedere per Entitatē, quae est Intellectio, et volitio, et similiter Spiritū sanctū, et consequenter nunquam verificari praedicata Contradictoria realia = Sed Contra est, quia si Intenditur verbū divinū tam procedere per Entitatē, quae est Intellectio et volitio, quā Spiritū sanctū per Eandē Entitatē procedere, sequeretur tam esse verbū 2ā, quā 3ā Personā Sanctissimae Trinitatis. si vero intendatur nō procedere Eodem modo, 2ā, quā 3ā Personā per illā Entitatē, quae est Intellectio, et volitio, in hoc diverso modo instauro praedicata Contradictoria realia, quodquidē diversus ille modus realis cadit supra Entitatē realiter unā, et indivisibilē.

Dices 2°. Eiusmodi praedicata Contradictoria solū esse in Ordine ad nostros Conceptus formales, et consequenter ex illis nō Colligi aliquā distinctionē realē virtualē in Obto realiter indivisibili. = Sed contra est, quia independenter a nostris Conceptibus formalibus 2a Persona est verbū, nō autē 3a. Ergo independenter a nostris conceptibus formalibus datur aliquid, per quod sit realiter verbū nō autem 3a; sed hoc nō potest esse aliud, nisi quod specialiori modo procedat per Entitatē illā realē Intellectionis et volitionis, quam 3a, antecedenter ad quēcunque nostrū conceptū formalē: ergo Eiusmodi praedicata Contradictoria quae proposuimus, verificantur nō solū in Ordine ad nostros conceptus formales, sed prorsus antecedenter

ad illos, nō quod verbū sit verbū; nō autē spiritus sanctus nullo modo dependet a nostris conceptibus formalibus.

assero 2° nō esse ponenda hanc distinctionē realē virtualē inter omnia attributa divina; hoc conclusio defenditur a pe Arriga, Oviedo et alijs contra aliquos asserentes omnia attributa divina inter se hac distinctione reali virtuali distingui, imo et contendentes inter creatas formalitates distinctionē hanc realē virtualē intercedere. probatur conclusio. distinctio realis virtualis nō est admittenda, nisi quod ex fide constiterit, vel deducatur praedicata contradictoria realia esse concedenda;

sed ex fide nō constat, aut deducitur praedicata contradictoria realia esse concedenda inter omnia alia attributa: ergo nō est concedenda distinctio realis virtualis inter omnia alia attributa sed inter misericordiā, et justiciā, et cae.

Ex quibus colligitur neq. actū primū intelligendi quē in deo concedendū esse existimamus distingui realiter virtualiter ab intellectione actuali, quia de intellectivo, ut praesupposito ad actualē intellectionē: nullū reale praedicatū verificatur, quod non verificetur de intellectione actuali. hoc autē est intelligendum comparatione intellectionis, et scientiae naturae, nō vero comparatione scientiae liberae nā hoc verificat praedicata contradictoria illis, quae verificantur de actu 1° intelligendi, et scientia naturae nimirū, quod sit contingens defectibilis, et potens abesse, ceterum de hoc alibi iudiciū ultimū ferendū est. colligitur etiā contra pa: Arrubal actū illū primū intelligendi nō esse productionē virtualē intellectionis, quia hoc productio virtualis sine distinctione virtuali intelligi nō potest.

Caput 3.m

aliqua Obijciuntur et resoluuntur.

Plura possunt opponi contra doctrinam Capitis praecedentis, quae ex alibi dicendis dependent. breuiter tamen aliqua attingemus, quae conducunt ad maiorem nostrae doctrinae declarationem. 1.o opponitur: nuncq. ante operationem Intellectus verificantur de diuinis perfectionibus realiter identificatis praedicata ex se contradictoria: ergo non datur distinctio realis virtualis, quae tota consistit in verificatione horum praedicatorum contradictoriorum ante opus Intellectus aut probatur; Intellectio, et volitio non dantur a parte rei, prout his nominibus importantur, sed solum post considerationem nostri Intellectus, et consequenter sine ~~intellig~~ verificantur de Intellectione, et volitione haec praedicata, non verificantur ante, sed post opus Intellectus; sed quando verificantur, iam quae non sunt Intellectio, et volitio una et indiuisibilis entitas, sed omnino duplex per Intellectum nostrum praescisa: ergo nuncq. de illis perfectionibus verificantur praedicata ex se contradictoria.

Respondetur 1.o, siue Intellectio, et volitio sint a parte rei, prout his nominibus significentur, siue non sint, negari non posse dari a parte rei indiuisibilem unam entitatem realem, quae iam a nobis concipitur, ut Intellectio, iam ut volitio, supra quam entitatem realiter unam, et indiuisibilem cadunt praedicata contradictoria supra dicta; = Respondetur 2.o, esse manifestam repugnantiam in terminis esse a parte rei entitatem, quae sit Intellectio, et volitio, et non esse a parte rei Intellectionem, et volitionem; Respondetur 3.o aliud esse non esse a parte rei,

Intellectionem, et volitionem, et aliud esse non esse actualiter
in se utramque perfectionem distinctam: fateor a parte rei
non esse Intellectionem, et volitionem actualiter distinctam
nego tamen non esse a parte rei Intellectionem, et volitionem

Opponitur 2°, absque dis-
tinctione actuali, et cum sola virtuali percipi non
potest eandem entitatem realiter indivisibilem praestare
et non praestare aliquod munus, atque adeo intelligi
non potest cum sola distinctione virtuali, quomodo essa
quae simul est paternitas comunicetur filio, et simul ab eo
realiter distinguatur, et loquendo proprius ad rem pra-
sentem de praedicatis absolutis quomodo verbum procedat
per Intellectionem, quae realiter est volitio, et non pro-
cedat per volitionem; sicut neque percipi potest, quo
modo idem punctum realiter indivisibile tangatur
et non tangatur, illuminetur, et non illuminetur; Int
inintelligibilis quod est nostra distinctio virtualis et consequenter
aliquam distinctionem actualem ponere necessum est ante opus
Intellectus, ut clare explicentur ea, quae per hanc
distinctionem virtualem intendimus explicare.

Respondetur negando ant.
~~nam cum identitate reali~~, nam cum identitate reali potest praestare neg-
atio identitatis virtualis, et virtute huius negationis potest entitas
realiter indivisibilis praestare, et non praestare aliquod munus, quia
sicut possunt praestari munia opposita virtute negationis realis
identitatis, ita possunt praestari virtute negationis identitatis virtualis;
et hoc nil aliud est, quam quod divina entitas realiter simplicissima
contineat perfectionem distinctionis realis absque imperfectione. Eiusdem
ut ea explicatum est, et consequenter stante
nil dest. nil deest. nil dest =

et consequenter stante identitate reali, inter Intellectionem et voli
tionem, et negatione identitatis virtualis bene poterit
Verbum procedere per Intellectionem, non vero per volitionem
et e converso spiritus sanctus; Exemplum de puncto indivisibili
non est ad rem. nam punctum quantitatis, non habet potiam ad
verificandum, quod idem se totum tangatur et non tangatur
et consequenter si tangitur, est verum, quod idem se totum tangatur,
et semper est falsum, quod non idem se totum tangatur omitto
pro praesenti, quandam indivisibilium quantitatis virtualem
divisibilitatem a Rebus excogitatam.

opponitur 3°: in Entitate
Creata realiter unica, et indivisibili, non datur capacitas ad
verificanda duo ex se praedicata contradictoria, ergo
nec in Entitate divina realiter unica et indivisibili.
ant. licet ab aliquibus negetur communiter tamen admitti
tur, praesertim loquendo de praedicatis contradictoriis realibus
quae uni, et indivisibili Entitati realiter conveniunt.
et ante operationem Intellectus, consequentia probatur quia simplicitas
realis, quam res creata habet nil dicit

obstat quominus
sustinere possit praedicata ex se contradictoria realia: ergo
similiter obstabit simplicitas divina, et quidem recurri non potest
ad dei infinitatem, quia est ante eadem ratione formali in Ente finito,
et infinito similis effectus formalis debet correspondere in utroque
Ente, et consequenter si simplicitas est ratio, quare Ens creatum realiter
indivisibile sustinere non possit duo praedicata realia ex se contra
dictoria, simplicitas divina non poterit similia praedicata
sustinere.

Respondetur. Concesso Ant. negando consequentiam. nam ex una parte
videmus divinas perfectiones non distingui realiter, aut formaliter
ante opus Intellectus ab absolutis, et similiter ~~personas ab~~
perfectiones absolutas inter se nullam habere distinctionem
reali

aut formalē quā Scotus adinvenit, et tamē ex fide Catholica docemur aut ex eadē fide colligimus posse sustinere ex se prædicata contradictoria, quod nō experimur in creatis, congruēter asserimus divinas perfectiones esse capaces eiusmodi prædicatorū, et nō esse capaces perfectiones creatas: quā autē nos per distinctionē virtualē, nil aliud intelligamus nisi hanc capacitatē, consequenter dicimus dari hanc distinctionē virtualē inter perfectiones divinas nō autē inter creatas, ex quo deducitur simplicitatē utcunq; sumptā nō esse rationē excludendi eiusmodi prædicata, quia etiā in deo datur simplicitas, et quidem perfectissima, sed tali simplicitatē impotentē et incapacē.

Opponitur 4°: essa divina, et attributa, et attributa ipsa inter se collata distinguntur ante opus intellectus distinctione virtuali intrinseca: ergo falso asseruimus nō intercedere eiusmodi distinctionē virtualē intrinsecā inter omnes divinas perfectiones, Ant. probatur: illa distinguntur hac distinctione virtuali, quibus realiter, et ante opus intellectus conveniunt prædicata ex se contradictoria: sed justitiæ et misericordiæ, v. g. realiter et ante opus intellectus conveniunt prædicata ex se contradictoria. nā de justitia realiter, et ante quamcunq. intellectus operationē verū est dicere quod puniat, et nō misereatur, et de misericordia realiter et ante quācunq. intellectus operationē verū est dicere quod misereatur et nō puniat, atqui misereri, et nō misereri, punire, et nō punire sunt prædicata ex se contradictoria nō minus, quā produci, et nō produci, comunicari, et nō comunicari, procedere, et nō procedere: ergo justitia et misericordia realiter virtualiter inter se distinguntur. idē argumentū de alijs perfectionibus, et attributis fieri potest.

Probatur negdo Ant.; consequenterq. ad probationē Ant., concedenda est maior, et neganda est minor, quia realiter, et ante quamcunq. intellectus operationē tam proprie punit

Justicia, quã misericordia, et tam proprie miseretur miseri
cordia, quã justicia, sicut est verũ realiter loqdo et ante
quãcunq; nostri Intellectus operationẽ, Animalitatẽ hominis
discurrere, et rationalitatẽ eiusdẽ, licet verũ sit eã Entitatẽ
penitus indivisibilẽ nos vocare Justiciã, qdo punit, et mise
ricordiã, qdo miseretur: sicut, et eandem hominis Entitatẽ
nos vocamus rationalẽ qdo discurrit, et animal qdo sentit;
ex hoc autẽ nõ arguitur distinctio aliqua virtualis intrinseca
in attributis divinis, misericordiæ et Justiciæ, sicut neque
arguitur in Animali et rationali hominis. admittenda ergo nõ
est distinctio hæc virtualis intrinseca maior, inter omnia prædi
cata divina, de quorũ intrinseca Entitate realiter indivi
sibili, nulla prædicata intrinseca ante operationẽ Intellectus
possunt verificari.

Caput 4.m

aliarũ obiectionũ expositio.

Placuit nonnulla alia Argumenta proponere, ut sententiæ
nostræ veritas clarius elucescat opponitur 5.o, realiter, et
ante operationẽ nostri Intellectus justicia punit, et nõ mi
seretur, et misericordia miseretur, et nõ punit: ergo fal
sũ est realiter, et ante nostri Intellectus operationẽ, tam
vere punire justiciã, quã misericordiã, et tam vere mise
reri misericordiã, quã justiciã. Ant. probatur: ad puniendũ
hominẽ per accidens omnino est, quod deus sit misericors,
nã deus Entitatẽ habentẽ justiciã punitivã, sive potestatẽ
puniendi, et nullã habentẽ misericordiã, hæc Entitas sufficienter
puniret, quin misericordia concurreret ad punitionẽ: ergo
per accidens omnino est misericordia ad effectũ punitionis,
et consequenter est falsũ tam vere, et proprie oriri punitionẽ
a misericordia, quã a Justicia.

Confirmatur in Omnipotentia divina,
quæ realiter est virtus productiva Angeli, hominis, formicæ

et aliorum entium producibilium: sic igitur argumentum efforma
tur, ad probandum dari hanc distinctionem virtualem inter
respectus partiales omnipotentiae, virtus productiva homi
nis, quae est formalitas omnipotentiae partialis, requiri
tur ad producendum hominem, non autem virtus productiva
Angeli, quae est alia formalitas omnipotentiae partialis:
igitur inter formalitates realiter identificatas, quales sunt
virtus productiva hominis, et virtus productiva
Angeli, ~~et~~ una requiritur, et alia non requiritur,
ad producendum hominem: atqui requiri, et non requiri,
sunt praedicata contradictoria realia: igitur de formalita
tibus realiter identificatis verificantur praedicata con
tradictoria realia, et consequenter datur distinctio virtua
lis, inter respectus, et formalitates omnipotentiae partiales,
et similiter inter misericordiam, et justiciam, et omnia
alia attributa divina.

Probatur negando ant. loquendo de jus
ticia illa, quae secum identificat misericordiam. ad proba
tionem dico, non esse per accidens ad puniendum, quod deus
sit misericors, loquendo de intrinseca illa entitate justi
ciae, et misericordiae divinae, nam non est per accidens
ad puniendum illud, quod est justicia divina, sed miseri
cordia divina est justicia divina: igitur misericordia
divina non est per accidens ad puniendum; quod si daretur
justicia aliqua puniens, non identificans secum misericor
diam, tunc esset omnino per accidens misericordia, imo
nullo modo concurreret ad puniendum, quia tunc justicia
illa non esset misericordia; modo autem, quum sint idem
in deo justicia, et misericordia, si illa concurrit ad puni
endum

hoc etiam Dum rectum, et Dum quod identificatur cum alia concurrit ad puniendum, et eo modo, quo altera concurrit. Unde de illo, quod in recto est, iusticia, et misericordia, nunquam verificantur praedicata Dum se contradictoria realia.

Cum hoc tamen stat, quod hoc concreta, deus puniens, et deus miserens realiter distinguantur inter se, et ab alijs attributis, nam hoc concretum, deus puniens includit extrinsecam punitionem, et hoc concretum deus miserens includit extrinsecam miserationem. Et extrinseca punitio, et extrinseca miseratio realiter distinguuntur inter se, et ab alijs attributis divinis; ergo, et cae. stat etiam, quod deus ut puniens, et deus ut miserens realiter inter se, et ab attributis divinis distinguantur, nam ultra connotata extrinseca realiter inter se distincta, quae in illis concretis involuuntur, ut iam diximus, involuuntur etiam distincta realiter cognitiones, quibus iam deus comparatur cum extrinseca punitione, et iam cum extrinseca miseratione.

Ex qua doctrina evidenter tria inferuntur. Primum est, quod deus puniens specificative sumptus, hoc est, Dum rectum illud, quod importatur, et deus miserens specificative sumptus Dum rectum, quod importatur, non subeat praedicata ulla contradictoria realia, quia illa non distinguuntur realiter, aut formaliter ante opus intellectus, aut virtualiter intrinsece. Secundum est, quod deus puniens, ut puniens, et deus miserens, ut miserens, reduplicative sumptus subire possit praedicata ex se contradictoria, quia non est inconveniens, quod de rebus realiter inter se distinctis

Eiusmodi prædicata contradictoria verificentur. 3.m d. dis-
crimen quod datur inter prædicata contradictoria, quæ
verificantur de his coniunctis ab illis, quæ verificantur
inter intellectionem, et volitionem.

Discrimen d., q.a prædicata,
quæ verificantur de intellectione, et volitione, verificantur
de intrinseca Entitate reali, harum perfectionum, sed rectum,
quod important, et in ordine ad idem connotatum, aut si non
sit idem connotatum utriusq. verificantur de Entitate,
quæ d. ad connotata, ante coniunctionem cum illis. et
consequenter non quælibet verificatio contradictoriorum argu-
it hanc distinctionem mirabilem virtualem, de qua loqui-
mur, si solum verificatio contradictoriorum de unica
Entitate realiter indivisibili, sed rectum illis, et
sed quod realiter cum alia identificatur. verificatio
enim contradictoriorum de iuncto ex Entitate, et connota-
tis realiter distinctis arguit distinctionem realem, ut
iam dictum d.; verificatio autem contradictoriorum de Enti-
tate sed rectum realiter indivisibili. arguit distinctio-
nem hanc mirabilem virtualem, iunctam cum identitate
reali.

ad confirm: Oportet concurrere eodem modo ad
producendum hominem virtutem productivam hominis, et produc-
tivam Angeli, q.a realiter utraq. virtus identificatur,
licet verum sit, quod si præcise exigentiam effectus,
hominis v.g. consideremus, non requiratur virtus
productiva Angeli ad producendum hominem, quodcumque ad
producendum hominem, sola virtus productiva hominis d. sufi-
citiens. Ex hoc autem non sequitur, quod in omnipotentia
identificanti secum de facto

virtute productiva hominis, et virtute productiva Angeli, aliquid ex parte obti, et entitatis intrinsecae omnipotentiae requiratur, et aliquid non requiratur ad producendum hominem, nam semper verum est, hanc virtutem infinitam identificantem secum virtutem productivam omnium producibilium non requiri. ratio est, quia si per possibile vel impossibile illa virtus, quae modo datur identificata cum virtute omnium producibilium daretur, quin secum identificaret virtutem omnium producibilium, daretur quod requiritur ad productionem hominis.

opponitur 6°: datur distinctio virtualis inter intellectivum et intellectionem: quae falso diximus, non dari hanc distinctionem inter actum primum, intelligendi, et intellectionem divinam: ant probatur: spiritui sancto comunicatur immediate, et per se essentia divina, non vero intellectio divina et eo ipso quod immediate et per se comunicetur essentia divina, comunicantur immediate et per se omnia praedicata, quae formalissime constituunt essentiam divinam: atqui unum ex praedicatis formalissime constituentibus essentiam divinam, est intellectivum divinum: quae immediate et per se comunicatur intellectivum divinum; et quum hoc non habeat intellectio divina, nam hoc solum mediate, materialiter, et identice illi comunicatur, fit, quod de intellectivo, et intellectione praedicata contradictoria realia verificentur, et propter inter utramque perfectionem versabitur distinctio realis virtualis, quod immediate opponitur doctrinae, quam in capite 2° statuimus.

Respondetur, nos in eo capite 2° solum intendisse nullam intercedere distinctionem realem virtualem inter actum primum intelligendi

et Intellectionem actualem, ~~ex~~ ex praecissa ratione actus primi, et secundi; Expresse enim loquutissimus de Intellectivo ut praesupposito ad Intellectionem actualem, sive quatenus praecise habet rationem actus primi respectu Intellectionis actualis, an vero his perfectionibus, et aliis conveniant aliqua praedicata contradictoria realia ex mysterio Trinitatis dependentia non fuit animus definire, neque modo definio, quia hoc est in materia de Trinitate discutiendum. in praesenti solum iacimus hanc doctrinam generalem versari nimirum distinctionem realem virtualem, quandocumque de entitate realiter indivisibili verificantur praedicata contradictoria realia, et circa praedicata absoluta adduximus exemplum ex mysterio Trinitatis in Intellectione, et volitione, quia hoc statim sese offert, nil curando de aliis, quae ex alibi dicendis colligentur.

Quaestio 3.a

an, et quomodo attributa divina ab Essa, et inter se distinguantur, distinctione rationis ratiocinatae;

Caput 1.m

distinguntur ab Essa, et inter se distinctione rationis ratiocinatae

distinctio rationis ratiocinatae

1.o quaeritur de attributis

distinctio rationis ratiocinatae proprie loquendo versatur circa obtum realiter, et ante opus intellectus indistinctum, unde quum iam sit ostensum, essentia, et attributa, tum cum essentia tum inter se collata esse obtum realiter, et ante opus intellectus indistinctum, et tantam in his identitatem perfectionibus inveniri, ut non inter omnes, sed solum inter aliquas versetur mirabilis distinctio virtualis iam explicata, recta doctrinae, et concatinata perfectionis methodo pergimus ad explicandum, an inter attributa, et essentiam, et attributa ipsa inter se collata reperiatur distinctio rationis ratiocinatae. sicut quod distinctio realis est, qua unum extremum realiter non est aliud, ita distinctio rationis est, qua unum extremum per rationem, sive per nostrum intellectum non est aliud, sive qua esse intentionale unius non est esse intentionale alterius.

Comparemus itaque essentiam Dei metaphisicam prout est in nostro conceptu formali, in quo habet suum esse intentionale, cum attributis, prout sunt etiam in nostro conceptu formali, in quo habent etiam suum esse intentionale; et inquirimus, an esse illud intentionale essentiae metaphisice sumptae, et esse intentionale attributorum sint duo esse per nostrum intellectum, et ratione ratiocinata distincta. et idem inquiritur de attributis inter se collatis, imo et de rationibus, et formalitatibus ~~personalibus~~ partialibus, constituentibus quodlibet attributum intra propriam lineam, v. g. an omnipotentia prout praecise concipitur ut productiva Angeli habeat esse intentionale distinctum ab eadem omnipotentia, prout praecise concipitur per alium conceptum formalem, ut virtus productiva hominis, ac similiter idem ~~praedicatum~~ indagari potest de praedicatis illis, sive radicibus, essentiam divinam metaphisicae constituentibus.

fundamenta, quae requiruntur ad distinctionem rationis ratiocinatae efformandam, abunde posita sunt in Logica, et Metaphisica, et ideo in praesenti non est tempus in eis recensendis consumendum. sufficiat dicere distinctionem rationis ratiocinatae habere fundamentum in obto, quod propter suam fecunditatem potest diversos actus, et conceptus formales inter se non aequivalentes terminare. Exemplum manifestum est in homine, qui quum producere possit sensationem, et ratiocinium, iam potest per unum conceptum formalem concipi, ut productivus sensationis, et per alium conceptum

frali ut productivus ratiocinij, ex quo provenit, quod Animal distinguatur ratione ratiocinata a rationali.

in hoc puncto refert Pa: Suarez libro 1° de Essa Dei, Cap: 13° nominales interdum asserui se attributa divina nec inter se, neq. ab essa etiam ratione distingui. idem sentit de Nominalibus Pa: Vasquez tomo 2° in 1ª parte, disput: 119ª Cap: 1°, multisq. alijs videntur Nominales negasse distinctionem rationis inter attributa, et essa, et inter attributa ipsa inter se. Caeterum Pa: Petrus hurtado in sua metaphisica disput: 6ª sect: 4ª subsecti: 1ª, acriter contendit Nominales non negasse distinctionem rationis ratiocinatae: et quidem quum Nominales non admiserint distinctionem rationis ex parte obti praecisiva, et totum suum conatum posuerint in asserendo attributa, et essa essa, et attributa ipsa inter se ex parte sua non distingui, fuit occasio existimandi eos nullam distinctionem rationis ratiocinatae inter divinas perfectiones absolutas admisisse.

Satis constat ex dictis in toto hoc tractatu intervenire distinctionem rationis ratiocinatae inter attributa, et essa, et attributa ipsa, inter se collata. haec sententia communissima est inter Theologos et in praesenti a nobis roboranda est, abstrahendo ab eo, quod eiusmodi distinctio sit, vel non sit ex parte obti praecisiva, de quo in sequentibus. Probatur 1°: tunc datur distinctio rationis ratiocinatae quando esse intentionale unius obti realiter indistincti ab alio, non est esse intentionale alterius; sed esse intentionale essae, non est esse intentionale attributorum, et extra, neq. esse intentionale unius attributi est esse intentionale alterius, quamvis essa sit obtum realiter indistinctum ab attributis, et attributa inter se: ergo essa ab attributis, et attributa ipsa inter se distinguuntur, ratione ratiocinata. totus sillogismus est evidens.

Probatur 2°: distinctio rationis ratiocinatae tunc datur quando circa obtum realiter unum, et indistinctum possunt tendere diversi conceptus formales inter se non equivalentes, non equivalentia fundata in intrinseca

fœcunditate ipsius Obti: sed circa Deum, qui est Obtum, raliter unum, et indistinctum possunt tendere diversi Conceptus formales inter se non æquivalentes, quorum unus explicat essentiam, et alius attributa, et alius unum attributum altero non explicato: et hæc non æquivalentia Conceptuum formalium fundatur in intrinseca fœcunditate Dei: igitur datur distinctio rationis ratiocinatæ inter essentiam, et attributa, et inter attributa ipsa inter se collata. Minor probatur, nam hi actus, et Conceptus formales, Deus est Intellectivus, Deus est Volitivus, Sapiens, Omnipotens, et cæ sunt inter se non æquivalentes, ipso Deo præbente fundamentum intrinsecum ad hanc non æquivalentiam.

Probatur 3°: hæ propositiones non sunt Contradictoriæ, Deus est Intellectivus, Deus non est Omnipotens, ut Evidens est: igitur non sunt synonimæ hæ propositiones, Deus est intellectivus, et Deus est Omnipotens. Consequentia patet, quia si essent synonimæ, Contradictoria unius, esset Contradictoria alterius. Tunc autem datur distinctio rationis, quando Obtum potest explicari per propositiones non synonimas, quarum una explicet rationem formalem obiectivam, quam alia non explicat: igitur inter divinas perfectiones essentiales, et attributales versatur distinctio rationis, et quidem, quum Deus non sit vivens, quia est immensus, et non sit æternus, quia est volens, fit, quod aliquid explicetur per per unum Conceptum formalem, quod non explicetur per alium, quod sufficit ad distinctionem rationis. Omitto rationes alias quia res est facilis, et Argumenta, quæ possunt opponi, quia nullius momenti sunt.

Caput 2m

An per actus intuitivos possit ratione distingui essentia ab attributis, et attributa inter se.

Hæc difficultas agitatur etiam in materia de visione sub his terminis. an possit essentia sine attributis, et unum attributum

sine alio videri per visionem beatam, quia tamen illius resolutio ex doctrina huius Quaestionis dependeat, hic etiam habet oportunum locum illius discussio, et ideo breviter a nobis in praesenti et agitanda, inquirimus quo an non solum contingat rationis distinctio inter essentiam, et attributa, et inter attributa ipsa inter se per actus abstractivos, sed etiam per actus intuitivos, et consequenter an ex visionis beatae vi et intuitivae posset essentia ab attributis, et unum attributum ab alio distingui, et praescindi. Unum attributum posse beatos videre sine alio affirmant innumeri graves doctores, quos cogerit pater Salas tomo 1° in prima 2ae, disp. 3ª, sect: 2ª; cum quibus nos asserimus non solum per actus abstractivos, sed etiam per intuitivos posse essentiam ab attributis, et attributa ipsa inter se distingui; videantur pro hac conclusione pater Hurtado in sua Metaphisica, disp. 6ª, sect: 6ª, subsectio 1ª et 2ª, et pater Arriaga tomo 1° in 1ª parte, tractatu de visione, disp: 9ª; probatur conclusio 1ª, non omnis cognitio intuitiva eo ipso, quod sit intuitiva, et omnino clara; sed eo ipso quod non sit omnino clara potest per eam fieri distinctio rationis inter divinas perfectiones; igitur per visionem, et cognitionem intuitivam potest fieri distinctio rationis inter divinas perfectiones. Maior probatur exemplo visionis albedinis, quae licet sit intuitiva, tam confusa esse potest, ut ex vi illius non discernatur albedo, ab alio quocumque colore; non quo omnis cognitio intuitiva, eo ipso quod sit talis, et omnino clara distinctio rationis, quod actus quibus minor probatur: tunc fit concipitur obiectum realiter indivisibile, sunt adeo diversi ut alter sit omnino ignoratio praedicati, repraesentati per alterum, v. g. ex eo distinguitur ratione animal a rationali, quia ex vi solius actus quo concipis praecise animal, nescis respondere, an sit rationale vel irrationale, et consequenter ignoratur ex vi actus, quo homo ut animal cognoscitur illud quod cognoscitur ex vi actus, quo ut rationalis cognoscitur:

Sed quando Cognitio intuitiva non est omnino Clara, aliquid ignoratur quod Cognoscitur per aliam Cognitionem Clariorem: ergo Eo ipso, quod Cognitio intuitiva non sit omnino Clara, potest per Eam fieri distinctio rationis inter divinas perfectiones, et quidem non video quoad punctum praesens disparitatem inter Cognitionem intuitivam, et abstractivam.

Probatur 2°: differa inter Cognitionem intuitivam, et abstractivam in Eo praecise consistit, quod Cognitio intuitiva sit per species imediatas, aut per Imediatum Concursum ipsius Obti; abstractiva vero, per species mediatas, ex alio nimirum Obto desumptas; sed cum hoc stat, quod Cognitionem intuitivam latet aliquid Obti Cognoscendum: ergo cum tota differa, quae datur, inter Cognitionem intuitivam, et abstractivam potest stare, quod simul etiam intuitiva efformet distinctionem rationis inter perfectiones divinas essentiales, et attributales; ma: est Certa, et probatur minor: species imediata, aut Obtum ipsum Imediate Concurrens ad sui visionem potest determinare ad Cognoscendum Deum ut unum, non vero ut trinum; potest etiam determinare ad Exprimendum Deum, ut productivum harum, non vero illarum Creaturarum; potest etiam determinare ad Exprimendum Deum, ut Immensum, non vero ut habentem aliam perfectionem simpliciter simplicem: ergo cum Cognitione absolute intuitiva potest stare, quod aliquid Obti, restet Cognoscendum.

Probatur 3°: inter infinitas Creaturas, quae Continentur Eminenter in Deo, nulla est Implicatio, quod beatum alioqui intuitive videntem Deum aliqua illarum lateat; sed Eo ipso Beatus per Cognitionem illam intuitivam efformaret distinctionem rationis inter perfectiones divinas: ergo potest per Cognitionem intuitivam efformari distinctio rationis inter perfectiones divinas. Maior ex ipsis terminis manifesta videtur, nulla enim ex Eo, praedicata ~~contra~~ Contradictoria sequerentur. Minor probatur: ex Eo, quod illa Creatura lateat videntem Deum intuitive, nam Cognoscitur Deus ut Continens Eminenter illam Creaturam, ~~debebat illa Cognosci~~; ~~nimirum~~ nam ut Cognoscatur Deus, ut Continens Eminenter illam Creaturam, debebat illa Cognosci, tunc autem sine dubio praescinderetur, et fieret distinctio rationis inter divinas perfectiones, nam perfectio divina aequaliter est Continere Eminenter hanc, et Continere Eminenter illam,

Probatur 4°. angelus de facto Cognoscit per scientiam naturalem, et intuitivam ~~sui intellectus~~

Cognitionem, potiam naturalem sui intellectus, et tamen per hanc eadem Cognitionem non Cognoscit potiam obedientialem, quam habet ad unionem Hypostaticam cum aliqua ex personis Divinis; Item nos per scientiam Experimentalem Cognoscimus intuitive nostros actus amoris, et Intellectus, et per eiusmodi scientiam, non Cognoscimus, an eiusmodi actus sint materiales, an spirituales, quem tamen materialitas, aut spiritualitas, quid identificatum sit cum ipsa entitate actuum amoris, et Intellectus, quatenus bene posset scientia, et intuitio inter fralitates, realiter identificatas praescindere, et consequenter reperiri poterit aliqua dei intuitio, tam imperfecta in ratione intuitionis, ut ex vi illius non possit ratio reddi, an deus habet hanc, aut illam perfectionem.

Caput 2.m

rationibus Adversariorum occurrit

Plures, et graves doctores sunt, qui opinionem oppositam sequuntur, inter quos sunt Vanes Quaest. 92.a art. 9.o Molina 1.a parte Art. 9.o disti. 4.a Valentia 1.o § 6.o Suarez Libro 2.o de attributis, Cap. 22.o et 23. Vasquez disti. 48.a Cap. 2.o, et alij. 1.o adducunt adversarij Testimonia. Joanis 14.o quum enim Philippus rogasset Xpum dominum, ut illi ostenderet suum patrem, cui petitioni, hanc responsionem tulit Xpus dominus, tanto tempore vobiscum sum, et non Cognovistis me, Philippe qui videt me, videt, et patrem meum. in quibus verbis plane docuit Xpus dominus non posse habere noticiam filij

quin simul etiam noticiam patris habeatur propter maximam identitatem, quam utraque persona habet, cum natura divina, et propter eandem rationem, non posse intuitivam cognitionem unius attributi comparari, quin simul, et aliorum noticia comparetur.

Respondetur hoc testimonium non esse contra doctrinam a nobis statutam, nam sensus illius clarus, et perspicuus hic est, quum Christus dominus discipulis saepe insinuasset, se iturum ad patrem, in Philippo excitatum fuit ardens desiderium videndi patrem in aliqua specie sensibili, quae cadere posset sub sphaeram oculorum, in qua pater ipse videri posset, et huic desiderio Philippi recte quidem Christus dominus respondit, dum asseruit ex eodem Christo cognito, ex miraculis, et doctrina ipsius bene pensatis posse cognosci ipsius patrem, quia si ex eiusmodi operibus cognosci poterat Christus, ut deus, et insuper deus solum esse posset filius dei recte quidem cognosci poterat ipsius patrem esse deum. et consequenter superfluebat alia qualibet species sensibilis, ut in illa pater videretur. Ex hoc autem manifestum est, nil contra nostram doctrinam convinci.

Arguunt 2°. illa dicitur cognitio intuitiva, quae tendit ad exprimendam rem, ut est in se; sed essa divina in se est idem realiter cum attributis, et personalitatibus. ergo non potest essa intuitive videri, ut est in se. nisi simul videantur attributa, et personalitates; confirmatur; non potest videri essa, ut est in se, nisi simul videantur illa, quae sunt eadem essa, quum illud, quod est essa, et essa ipsa, inter se convertantur, sed essa divina est attributa, et personalitates

propter realem identitatem, quam inter se habent. Quatenus visa essentia, nario videntur attributa, et personalitates, alioqui visa essentia non videretur essentia, quia non posset essentia videri, nisi videretur illud, quod est essentia.

Hoc argumentum a pluribus reputatur efficacissimum, iudico tamen eandem vim habere in cognitione abstractiva, nam cognitio abstractiva debet cognoscere obiectum, ut in se est, alioqui esset falsa, et consequenter per cognitionem abstractivam non posset essentia ab attributis, et attributa ipsa inter se distingui, et proscindi; quia quod cognitio intuitiva sit per species immediatas, et proprias, non arguit maiorem necessitatem cognoscendi omnia, quae cum obiecto realiter identificantur, quam si obiectum cognosceretur per species solum mediatas; unde per illam particulam, ut est in se, non declaratur specialis aliqua necessitas cognoscendi magis omnia per cognitionem intuitivam, quam per abstractivam, quia tam realiter essentia est attributa, et personalitates, et e converso rem cognitionis intuitivae, quam abstractivae.

Respondetur ergo ad argumentum distinguendo maiorem: illa dicitur cognitio intuitiva, quae tendit ad exprimendam rem, ut est in se, hoc est, tendit ad exprimendam rem per species immediatas non tangendo aliud, nisi illud, quod res in se habet concedo maiorem; tendit ad exprimendam rem, ut est in se, distinguendo illam perfecte ab omni alio, quod non est ipsa; sive tangendo illam omnino clare, et comparando cum terminis omnibus, aut effectibus, quos illa respicit nego maiorem. Unde fit, quod quamvis deus sit realiter sua essentia, attributa, et personalitates, possit cognitio intuitiva tam exiguam habere claritatem, ut non posset declarare attributa, aut personalitates, aut deum esse productivum harum, vel illarum creaturarum.

ad Confirmationem, Respondetur, distingdo ma; non potest videri essentia nisi simul videantur, quae sunt essa sub Conceptu, et denominatione essae Concedo ma: sub Conceptu, et denominatione attributorum, et personalitatum, Nego ma:.

Arguunt 3°: omnis Cognitio intuitiva, est quidditativa; sed Cognitio quidditativa, non potest praescindere essa ab attributis, et attributa ipsa inter se: ergo neque intuitiva Cognitio. ma: tanq. Certa supponitur, et probatur minor, quia Cognitio quidditativa debet attingere totam rei quidditatem, et consequenter quidquid realiter est. Respondetur tollendo omnem aequivocationem, et Quaestionem de nomine. Si per Cognitionem quidditativam intelligas Cognitionem tam claram, et perfectam obti, realiter indivisibilis, quae possit rationem reddere de omnibus praedicatis, et formalitatibus in obto. realiter Existentibus; quia illud attingit sub omni respectu, et Consideratione, quam subire potest, fateor non omnem Cognitionem intuitivam esse in hoc sensu quidditativam. Si vero per Cognitionem quidditativam intelligas Cognitionem attingentem aliquid pertinens ad essam, et Constitutionem saltem realem illius obti, fateor Cognitionem intuitivam esse quidditativam, non vero tam perfectam, ut non relinquat aliquid aliud quidditatis Cognoscendum.

Arguunt 4°: Cognitio intuitiva terminatur ad Existentiam realem huius determinati Entis, sed non potest Cognosci Existentia realis huius determinati Entis, quin Cognoscatur quidquid realiter est hoc determinatum Ens: ergo non potest Cognitio intuitiva terminari ad Existiam realem huius determinati Entis, quin Cognoscatur quidquid realiter est hoc determinatum Ens. atqui hoc determinatum Ens, nempe Deus, est realiter attributa, et personalitates: ergo nullo modo Deus intuitive Cognosci potest, quin Cognoscantur attributa, et personalitates. Respondetur distingdo ma: Cognitio intuitiva terminatur ad Existentiam realem huius determinati Entis, prout essa est, aut prout attributa tale est, Concedo ma: quod nihil aliud est, quam quod Cognitio illa intuitiva. Posset dicere essam esse

Existentis, aut hoc attributum ~~essentiale~~ speciale
nimirum omnipotentiam esse existentis. Cognitio intui
tiva terminatur ad Existentiam realem huius determinati
Entis, nec solum prout essa est, sed prout est omne et
quodlibet attributum divinum, nego ma.: quod
nil aliud est, quam quod non possit dicere illud
Obiectum esse immensum, aeternum, Intelligens, et cae.

Caput 4m.

aliae rationes Enervantur.

Arguunt 5.o per Cognitionem intuitivam, per quam
Cognoscitur essa divina, Cognoscitur, ut Comunica
bilis tribus divinis personis, et ut radix, et fundamentum
attributorum; sed essa divina, non potest Cognosci, ut Co
municabilis tribus divinis personis, et ut radix, et
ut fundamentum attributorum, quin Cognoscantur
divinae personalitates, et attributa: ergo essa divina, non
potest intuitive Cognosci quin Cognoscantur divi
nae personalitates, et attributa. Min.r probatur, quando
cunque Cognoscitur essa divina, ut talis Cognoscitur
etiam praedicata essae formalissima, ut est Evidens.
sed praedicatum essae formalissimum est, Comunicabilitas tri
bus divinis personis, et esse radix, et fundamentum
attributorum, ergo, et cae. et hoc principium ~~adeo~~
adeo verum est, ut Exeo iam maneat statutum disputatione 1a, Quaest. 2a. essam divinam Cognitam

ut talē, nō posse ab Existentia praescindere. Ob

probatur deinde

minor superioris Argumenti. nō potest Cognosci essa ut connexa per identitatē sive ut petens identitatē cū personalitatibus, et attributis, quin Eadem Cognitione Cognoscantur personalitates, et attributa, nā si respectus quilibet transcendentalis, etiā ad trū realiter distinctū Cognosci nō potest, ut talis, quin terminus ille distinctus per Eandē Cognitionē Cognoscatur: maiori titulo nō poterit Cognosci essa ut connexa per identitatē sive ut petens identitatē cū personalitatibus, et attributis, quin Eadē Cognitione personalitates, et attributa Cognoscantur. Et essa divina ut Comunicabilis tribus divinis personis, et ut radix, et fundamentū attributorū, et essa ut connexa per identitatē, sive ut petens identitatē cū personalitatibus, et attributis: ergo nō potest Cognosci ut Comunicabilis, et ut radix, et fundamentū attributorū, quin Eadē Cognitione attributa, et personalitates Cognoscantur.

Respondetur 1° admittendo per Eandē Cognitionē, per quā Cognoscitur essa divina, ut Comunicabilis personalitatibus, et ut radix, et fundamentū attributorū debere Cognosci personalitates, et attributa, propter rationē, quae in Argumento adducitur, tū autē illa Cognitio esset intuitiva; et abstractiva, esset intuitiva

quatenus immediate terminatur ad essam, esset abstractiva, quatenus mediate terminatur ad personalitates, et attributa tanquam ad tres illius exigentiae, quae datur in essa; omnis enim cognitio, quae terminatur ad aliquid, tanquam ad terminum alicuius virtutis, et exigentiae, ~~etiam~~ ~~enim~~ ~~cogni~~ ~~tio~~ est cognitio mediata, et abstractiva ut illius, neque inconveniens est, eandem cognitionem esse intuitivam, et abstractivam respectu diversorum; ex qua doctrina minime labefactatur nostra conclusio, in qua docemus bene posse dari cognitionem essentiae intuitivam, quin detur cognitio intuitiva personalitatum, aut attributorum: adquod sit, an nario debeant abstractive cognosci personalitates, et attributa, ex cognitione intuitiva essae.

Ro 2o. non omnem cognitionem intuitivam essae esse cognitionem intuitivam eiusdem ~~eiusdem~~, ut communicabilis tribus divinis personis, nam aliud est esse cognitionem intuitivam essae communicabilis, et aliud est esse cognitionem intuitivam essae, ut communicabilis; potest ergo intuitiva cognitio esse tam remissa in ratione intuitionis, ut non penetret, an essa sit communicabilis tribus divinis personis, et an illi conveniat hoc aut illud attributum speciale, quia nam non est quod per quacumque cognitionem, etiam intuitivam attingatur deus per omnes suas perfectiones, aut comparetur cum omnibus terminis et connotatis, quae respicit; aut cum omnibus substantiis creatis

Equipollet.

arguunt 6.° essa divina gerit munus speciei ru cognitionis intuitivae, quae terminatur ad quacumq. perfectionem divinam. g.° nulla perfectio divina potest intuitive cognosci sine essa. R.° 1.° probabilem esse sententiam asserentem quamlibet perfectionem divinam gerere munus speciei respectu intuitionis sui ipsius, et iuxta hanc sententiam argumentum nullam habere vim. R.° 2.° quod etiam si demus essam gerere munus speciei ru cuiusq. intuitivae cognitionis, potius ex hoc roboratur nostra sententia, nam sicut non est narium, quod species concurrens ad cognitionem intuitivam videatur, ita nec narium erit, quod per quacumq. cognitionem intuitivam videatur ipsa essa divina gerens munus speciei.

arguunt 7.° absurdum est asserere a beatis videri deum sine attributis: g.° cognitio intuitiva, quae beatorum est propria non praescindit essam ab attributis. = R.° nos non curare in praesenti, quid de facto videant beati in patria per visionem beatificam, sed solum asserere possibilem esse cognitionem intuitivam attingentem essam et non attributa. et e converso: quod si videatur de facto totus deus, quantus in se est, et Deum, quod est productivus omnium, et quarumcumq. creaturarum in generali et in particulari per visionem beatam de facto existentem hoc non impedit veritatem nostrae conclusionis, in qua docemus possibilem esse intuitivam cognitionem non tantae

claritatis

quantā habet visio illa, quae de facto reperitur in beatis. =

Arguunt 8°

visio clara, et intuitiva cuiuscunq. divinae perfectionis, sed visio beatifica, sed nō potest esse visio beatifica, nisi sit visio clara, et intuitiva essae: ergo nō potest esse visio clara, et intuitiva cuiuscunq. divinae perfectionis, nisi sit visio intuitiva essae. Minor probatur, quia nullus esse potest perfecte beatus nisi clare et intuitive videat quid sit deus, et eius divinitas, et consequenter, quin clare, et intuitive essa divina videatur. Probatur nos modo nō definire quae visio clara, et intuitiva beatificet creaturam intellectualē; hoc enim alibi discutiendū est: quod si essa divina, et omnes eius perfectiones pertineant ad obiectū essentiale beatitudinis, non omnis cognitio intuitiva alicuius solū specialis attributi erit visio beatificans, in quo nullum absurdū invenimus.

Unde facile colliges quod quando obiter asseruerimus posse per visionē beatā videri essā sine attributis, aut unū attributū sine alio, non fuisse nostrā mentē definire cognitionē illā esse beatificantē, sed totū nostrū conatū in eo fuisse positū, ut assereremus posse hoc contingere per visionem immediatā, clarā, et intuitivā; et quia visio beata est immediata, clara, et intuitiva facile fuit cū pluribus aliis in praesenti pro eodē accipere visionē beatificā, ac visionē immediatā, clarā, et intuitivā quū tamē inter se discrepent; de hoc tamē in alio loco loquendū est. Colliges etiā nō solū doctrinā statutā esse verā, loquendo de praedicatis absolutis inter se comparatis, sed a fortiori esse verā, loquendo de praedicatis relativis, et absolutis nā inter absoluta, et relativa, intercedit mirabilis illa distinctio virtualis, ratione cuius possunt praedicata absoluta terminare visionē clarā, et intuitivā

quin eandē terminent relationes.

Caput 5.m

inter attributa, et essam, et inter ipsa attributa inter se, ubi nō adest distinctio realis virtualis, nō datur distinctio rationis ratiocinatæ ex parte obti præscisiua.

Supponendū 1.o distinctionē rationis ratiocinatæ posse esse præscisiuā, vel ex parte obti, vel ex parte actus, tunc dabitur distinctio rationis ex parte obti præscisiua, quod ex prædicatis a parte rei identificatis unū sine altero, fraliter, et immediate cognoscitur; unde si tanta esset vis cognitionis, ut si posset attingere illud animal, quod in homine identificatur cū rationali, quin per illā cognitionē, quā intrinseca perfectio animalis attingitur, nō attingeretur fraliter et immediate intrinseca perfectio rationalis, absq. dubio daretur inter animal et rationale, (idē de perfectionibus diuinis dicendū 1.o) distinctio rationis ex parte obti præscisiua, distinctio vero solū ex parte actus præscisiua tangit eadē omnino ratione omnes, et singulas obti fralitates, et perfectiones quoad intrinsecā entitatē, licet nō in ordine ad omnia sua conctata, et terminos extrinsecos.

Supponendū 2.o inter prædicata absoluta tā essentialia, et attributalia ex una parte, et prædicata relatiua ex alia intercedere mirabilē illā distinctionē virtualē, ratione cuius in simplicissima realiter, et indiuisibili entitate datur capacitas ad sustinenda prædicata contradictoria ut ex materia de Trinitate iā supposuimus, et hanc eandē distinctionē reperiri, inter aliqua attributa diuina inter intellectionē nimirū, et volitionē, ut iā probatū. Unde fit quod detur maior difficultas an sit admittenda distinctio rationis ex parte obti præscisiua inter ea prædicata diuina

quæ ex parte obti realiter, et virtualiter distinguuntur, quam sit inter ea, quæ nullam habent ex parte obti distinctionem realem virtualem sed potius inter se habent summam identitatem tam realem, quam virtualem.

Nos iam nostram mentem exposuimus in fronte huius Capitis circa perfectiones illas divinas, quæ nullam inter se admittunt distinctionem realem virtualem; et hanc sententiam iam docuimus in Logica, et in Metaphisica, et ex ibi dictis breviter modo probanda sed circa perfectiones divinas, de quarum distinctione modo sermonem instituimus, probatur 1.° non potest dari distinctio præscisiva ex parte obti, nisi ex parte obti detur capacitas ut unum cognoscatur, et aliud non cognoscatur; sed in his perfectionibus divinis, de quibus in præsenti loquimur, non datur capacitas ex parte obti, ut unum cognoscatur, et aliud non cognoscatur: ergo in his perfectionibus divinis, de quibus in præsenti loquimur non potest dari distinctio rationis præscisiva ex parte obti.

Maior huius sillmi est certissima: hic enim loquimur de distinctione rationis ratiocinatæ cum fundamento in re, et consequenter debet in re præcedere fundamentum ad hanc distinctionem, ex parte obti præscisivam. Minor probatur: ubi non datur distinctio realis, formalis, sive ex natura rei, aut virtualis intrinseca maior, non datur capacitas ut unum ex parte obti cognoscatur, et aliud non cognoscatur, quia eiusmodi capacitas arguit ex parte obti cognoscendi vel distinctionem realem, vel formalem, sive ex natura rei, vel saltem distinctionem realem virtualem; sed in his perfectionibus, de quibus in præsenti loquimur, neque datur distinctio realis, neque formalis, sive ex natura rei, neque realis virtualis ut constat ex dictis: ergo in his perfectionibus non datur eiusmodi capacitas, et consequenter, neque possunt distingui præscisive ex parte obti.

Respondent 1°. esse in Obto unum, et aliud post Cognitionem, non vero ante illam; sicut Obtum est Cognitum post, non vero ante Cognitionem. = Contra est 1°. quia Cognitio attingit quod est in Obto ante Cognitionem, sed in Obto ante Cognitionem non est unum, et aliud: ergo Cognitio non attingit unum, et relinquit aliud; sed si attingit unum, attingit totum Obtum, quod est unum. = Contra est 2°. Cognitio nullum aliud munus exercet quia Obtum, nisi reddere illud Cognitum: ergo non facit, quod Obtum in se sit unum, et aliud. Quia ipsum in se non est unum, et aliud. = Contra est 3°. sicut Obtum supponitur in se ante Cognitionem, ita est post Cognitionem. Sed ante Cognitionem, non est unum, et aliud, neque realiter, neque formaliter, neque virtualiter: ergo neque post Cognitionem. Exemplum, quod adducitur non est ad rem, quia Cognitio est forma denominans Obtum Cognitum, et consequenter ante Cognitionem non est Obtum Cognitum: non vero potest esse forma faciens Obtum in se, et intrinsece multiplex, quod in se, et intrinsece est unum.

Respondent 2° Obtum esse fundamentaliter multiplex ante Cognitionem, esse vero formaliter multiplex post Cognitionem, quod est dicere esse ante Cognitionem fundamentaliter distinctum, et post Cognitionem esse formaliter distinctum. = Contra est. quia esse fundamentaliter multiplex, ut ab hijs authoribus intelligitur, nil aliud est, nisi dari in Obto fundamentum, ut attingat unum sine alio; sed hoc fundamentum est Chimericum: ergo Obtum non est fundamentaliter multiplex, eo modo, quo ab hijs authoribus intelligitur. Minor probatur, quia ubi non est unum, et aliud, ex parte Obti ante Cognitionem, non potest fundari Cognitio alius sine alio: sed in Obto non est unum, et aliud, ante Cognitionem: ergo in Obto non praecedit tale fundamentum ante Cognitionem, quia Obtum non fundat Cognitionem eorum, quae non sunt in ipso ante Cognitionem: sed in ipso non sunt aliud, et aliud ante Cognitionem: ergo non fundat Cognitionem alius sine alio.

Probatur 2°. nostra sententia: ubi nulla distinctio datur in Obto, non possunt de illo verificari praedicata contradictoria, nam evidentissimum signum distinctionis est verificatio praedicatorum contradictoriorum; sed in Obto antecedenter, ad Cognitionem

nulla datur distinctio, ut adversarij ipsi fatentur: quia supra perfectiones divinas, quae sunt obtu omnino indistinctu cadere non possunt praedicata contradictoria; sed procul dubio caderent, si daretur distinctio ex parte obti praescisiva, qua verificarentur haec, cognoscitur, nō cognoscitur, quae sunt ex se contradictoria: quia nō potest dari distinctio ex parte obti praescisiva, inter eiusmodi perfectiones divinas. Confirmatur: haec praedicata, cognoscitur nō cognoscitur, ut simul verificentur, petunt, quod in perfectionibus divinis ante suā verificationem, detur aliqua distinctio; haec enim est natura contradictoriorum: atqui nulla datur: quia haec praedicata nō possunt verificari, et consequenter chimerica est eiusmodi praescisiva distinctio, ex parte obti.

Respondent 1°. illa praedicata nō supponere, sed facere distinctionem in obto. = Contra est 1°. illa praedicata supponunt obtu omnino unu; sed obtu omnino unu, nō potest subjici cognitioni, et nō cognitioni: quia inintelligibilis est verificatio illorum praedicatorum. = Contra est 2°. quia si obtu omnino unu, et indivisibile posset subjici cognitioni, et nō cognitioni posset subjici cursui, et non cursui, sessioni, et nō sessioni, sed nō potest subjici simul hijs praedicatis: quia et cae. = Contra est 3°. quia obtu, ut adaequate distinguitur a cognitione nō habet plures formalitates: quia cognitio, ut adaequate distincta ab obto, nō attingit in obto plures formalitates. Consequentia patet, quia quae nō sunt in obto implicat attingi per cognitiones, et quidem cognitio praescise habet vim attingendi, quod est in obto: si in obto est unitas, et indivisibilitas attingit unitatem, et indivisibilitatem; et si in obto est pluralitas, attingit pluralitatem.

Respondent 2°. haec praedicata contradictoria esse extrinseca, et consequenter posse verificari de una realiter, et de una realiter, et indivisibili entitate. Contra est, quia tam sibi contradicunt praedicata contradictoria extrinseca, quam intrinseca; sed praedicata contradictoria intrinseca nō possunt de uno subto, et realiter

indivisibili verificari: ergo neq. praedicata contradictoria extrinseca. Discurso 8 legitimus, quia ideo non potest subjici contradictorijs intrinsecis obtu indivisibile, quia in obto requiritur aliud et aliud, ut subjiciatur, et non subjiciatur. Sed etiam requiritur in obto aliud, et aliud, ut subjiciatur, et non subjiciatur, contradictorijs extrinsecis: ergo sicut non possunt de obto omnino indivisibili verificari praedicata contradictoria intrinseca: ita non possunt verificari contradictoria praedicata extrinseca.

Caput 5.

Explicatur, quis sit ea distinctio, et aliquorum argumentorum responsio.

Ergo distinctio rationis ratiocinatae, quae datur inter divinas perfectiones, inter quas non datur distinctio realis virtualis, sive capacitas ad duo praedicata contradictoria verificanda solum praescisiva ex parte actus. Unde quando concipio misericordiam divinam, et illam ratione distingo a justitia comparo deum cum extrinseca miseratione, et quando concipio justitiam divinam, et illam distingo a misericordia comparo deum cum extrinseca punitione. Utraque tamen cognitio attingit justitiam, et misericordiam, et omnes alias divinas perfectiones, et formalitates cum hoc discrimine, quod prima cognitio attingit justitiam, et misericordiam, et omnes divinas perfectiones, et formalitates in ordine ad extrinsecam miserationem, et 2a cognitio attingit justitiam, et misericordiam, et omnes alias divinas perfectiones, et formalitates, in ordine ad extrinsecam punitionem.

Ex quo fiunt haec duo, 1m 8, quod obtu rectum, sive quod in recto attingitur per utramque cognitionem sit, omnino idem, et indivisibile; obtu vero obliquum, et indirectum sit penitus diversum, quia et divinae perfectiones, quae in recto attinguntur correspondent utrique cognitioni;

Extrinseca vero miseratio, et Extrinseca punitio inter se diversissimæ sunt, et per Cognitionem, qua una attingitur, alia non Cognoscitur. 2m est per duplicem illam Cognitionem distingui ratione ratiocinata, misericordiam a Justicia, et justiciam a misericordia, quia Ex vi prioris Cognitionis possum dicere, deus est misericors, et non possum dicere est iustus: Ex vi vero 2æ Cognitionis possum dicere deus est iustus: non autem possum dicere est misericors. quod sufficit ad distinctionem rationis ratiocinatæ, nam ad distinctionem rationis ratiocinatæ sufficiens est Cognitio aliqua Confusa, qua Obtum non descernatur ab omni alio, quod non est ipsum, quia propter similitudinem, quam habet cum alia, Extra ipsum, potest per Cognitionem cum illo Confundi. et sic possum dicere deus est Ens: Confundendo deum cum omnibus aliis Entibus, et præscise illum distinguendo a Chimera, et tunc prædicatum Entis ratione ratiocinata distinguetur ab aliis, prædicatis divinis, et possum dicere, deus est substantia quæ est Cognitio Clarior quam præcedens, Confundendo deum cum omnibus aliis substantiis et tunc hoc prædicatum ratione ratiocinata distinguitur ab omnibus aliis prædicatis divinis. his autem, et similibus Cognitionibus omnes aliæ divinæ perfectiones subijciuntur in Ordine ad Connotata Entis, et substantiæ, quia in divinis perfectionibus, non datur Capacitas, ut subijciantur, et non subijciantur ubi non adest distinctio virtualis.

Capacitas ad verificanda hæc dicens 1o. in divinis perfectionibus datur prædicata Contradictoria, Cognosci Clare, et non Cognosci Clare, Cognosci Confuse, et non Cognosci Confuse. quatur in divinis perfectionibus datur distinctio rationis ex parte Obti præscisiva, Consequentia est Evidens, quia tota ratio distinctionis Ex parte Obti præscisivæ, est verificatio prædicatorum Contradictoriorum Extrinsecorum et intentionalium. Ant. probatur, quia deus Cognoscitur, ut Extrinsecæ puniens, non Cog

noscitur clare misericordia, nā si hæc clare cognosceretur, possem dicere ex vi illius cognitionis, deus d misericors: atqui non possū affirmare hoc judiciū. qtur verificatur de iusticia quod clare cognoscatur, et de misericordia, quod nō clare cognoscatur, aut si tunc misericordia cognoscitur, confuse qdē cognosceretur, iusticia autē clare, sed cognosci clare, et nō cognosci clare, cognosci confuse, et nō cognosci confuse, sunt prædicata tam contradictoria, quā hæc, cognosci, et nō cognosci. qtur etc.

fateor RRre aliquos nobiscū alioqui consentientes in negando præscisiones obiectivas asserere, implicite et confuse cognosci misericordiā per illā cognitionē, qua deus cognoscitur, ut exercens extrinsecā punitionē. Cæterū dū hoc dicant aperte ~~ut~~ incidunt in sententiā, quā impugnant. ut recte probat argumentū. nos autē constanter asserimus eadē omnino claritate, qua cognoscitur iusticia, cognosci etiā misericordiā, et omnes alias perfectiones realiter identificatas in ordine ad extrinsecā punitionē, et consequenter nunquā verificari prædicata illa, quæ contendit argumentū, quæ fatemur tam contraria esse, quā hæc: cognoscitur, nō cognoscitur. et quāvis hæc ita sint, nō possum dicere ex vi præscise illius cognitionis, qua cognosco divinas perfectiones in ordine ad extrinsecā punitionē: deus d misericors, q^a misericordia, et omnes aliæ perfectiones explicantur conceptu inadæquato, hoc d in ordine ad extrinsecā punitionē, et nō in ordine ad

Extrinsecam miserationem. Unde illa inadaequatio non tendit ad rectum, hoc enim per quamcumque cognitionem attingitur, sed ad obliquum, hoc enim non per quamcumque cognitionem attingitur. Recolenda sunt, quae diximus Quaest. 2a Cap. 4. ubi asseruimus has propositiones, deus punit iusticia, non vero misericordia, et deus miseretur misericordia, non vero iusticia. Vel saluari ratione diuersorum effectuum, quos conuotant. hoc est, deus punit exercendo extrinsecam punitionem, non vero extrinsecam miserationem, et e contra vel saluari in sensu reduplicatiuo absque distinctione aliqua intrinseca ex parte iustitiae, et misericordiae.

Dices 2o. quod deus sit misericors, est aliqua perfectio intrinseca dei; sed hanc non affirmo quod praecise affirmo deum esse iustum: ergo aliqua perfectio intrinseca dei affirmatur, et alia non affirmatur, quod praecise de illo affirmo esse iustum. Sed tunc datur distinctio praecisiua ex parte obiecti quod aliquid realiter identificatum affirmatur, et aliud realiter etiam identificatum non affirmatur: ergo datur ex parte obiecti praecisiua distinctio inter diuinas perfectiones. — Ergo misericordiam diuinam vel sumi posse quoad intrinsecam praecise perfectionem, et hanc affirmo de deo, quotiescumque de illo affirmo suam iusticiam vel sumi posse pro entitate diuina cognita in ordine ad extrinsecam miserationem, et hanc non affirmo quodcumque affirmo de deo, quod sit iustus.

Caput 9m

Aliorum Argumentorum Expeditio.

dices 3°: divinæ perfectiones, iuxta sententiam quam amplectimur, non possunt ratione distingui: ergo ut ratione distinguantur, adstruenda est distinctio rationis, ex parte obti præscisiva. Ant. probatur, quia eædem omnino perfectiones, quoad intrinsecum attinguntur per quamcunque cognitionem, quæ terminetur ad deum, et solum est diversitas in cognitionibus, per quas formaliter attinguntur, et in connotatis extrinsecis, in ordine ad quæ comparantur; sed tam cognitiones, quam extrinseca connotata realiter inter se distinguntur: ergo tota distinctio, quam appellamus rationis est distinctio realis. unde ut divinæ perfectiones, ratione ratiocinata distinguantur, asserendum est perfectiones divinas per cognitionem intrinsece præscindi, et consequenter distinctionem esse ex parte obti præscisiva.

Probatur negatio Ant. et ex hoc argumento solum probari, distinctionem rationis non esse aliquid intrinsecum recidens ex parte obti, quod nos libenter admittimus; illud ergo obtum intrinsece unum, et indivisibile, correspondens cuicumque cognitioni, quæ ad ipsum terminetur dicitur ratione extrinsecæ, non vero intrinsece distingui, quatenus per unam cognitionem attingitur, ut præscise æquipollens substantiæ intellectivæ creatæ. v. g. et per aliam ut æquipollens, actuali intellectioni, ratione quarum cognitionum ita denominatur potens intelligere, et ita denominatur actualis ratio intelligendi. quum ergo idem obtum, ita denominetur intelligens, ita intellectio per formas illas extrinsecas diversarum cognitionum, hoc est sufficiens. ut ratione extrinsecæ, sive per formam extrinsecam cognitionis a se ipso distinguatur.

dices 4°.. non potest salvari unam perfectionem esse priorem alia, sive actum primum vel alterius, nisi ~~dicetur~~ distinctio ex parte obti præscisiva inter unam, et alteram: ergo re vera datur eiusmodi præscisiva distinctio

inter plures divinas perfectiones, consequentia patet, quia plures divinae perfectiones sunt priores aliis, et sunt actus primus respectu aliarum, Antecedens probatur: ratio actus primi dicit aliquam prioritatem respectu actus 2i; sed pro eo signo, pro quo datur haec prioritas, non intelligitur actus 2dus; igitur datur praescissiva distinctio ex parte obti inter actum primum, et 2m; nam haec datur, quotiescunque pro aliquo signo potest unum cognosci sine alio secum realiter identificato. Maior huius sillogismi est certa, et probatur minor: pro eo signo, pro quo intelligitur haec prioritas, solum intelligitur id, quod est prius; sed actus 2dus non est prior se ipso: igitur pro eo priori, non intelligitur actus 2dus.

Confirmatur: non potest intelligi quomodo unus actus divinus moveat, et excitet deum ad concipiendum alium actum, nisi detur aliqua praescissiva distinctio ex parte obti, inter actum qui movet, et excitat, et actum ad quem movetur, et excitatur: igitur datur eiusmodi praescissiva distinctio inter plures actus divinos. Antecedens probatur in actu emperanti, et emperato, in intentione finis, et electione mediorum, qui nulla in se dicunt imperfectionem, et consequenter possunt in deo ~~conferri~~ concedi; quum enim actus emperans moveat ad emperatum, et actus emperans in suo formalissimo conceptu non sit emperatus, et intentio finis moveat ad electionem mediorum, et intentio finis in suo formalissimo conceptu non sit formalis electio mediorum, fit, quod actus emperans ab emperato, et intentio finis ab electione mediorum formaliter et praescissive, ex parte obti in divinis distinguantur.

Respondetur negando Antecedens, nam quum actus primus sit actus 2i, et prioritas, quam habent

divinæ perfectiones ad alias nõ fundent Prædicata Contradictoria realia, et iã Probavimus, fit, quod ex ratione actus primi, et secũdi, et ex illa prioritate, quã habent aliquæ perfectiones divinæ ad alias, nullo modo deducatur distinctio rationis, ex pte obti præscissiva, ubi iterũ notandũ ẽ, nos in hoc tractatu nõ curare, an ex Mysterio Trinitatis aliqua prædicata contradictoria deducantur inter Intellectivũ, et Intellectionẽ; nos eũ hic præscisse loquimur de Deo, ut uno. ad probationẽ autẽ concedenda ẽ maior et distinguenda ẽ minor. pro eo signo, pro quo datur hæc prioritas, nõ intelligitur actus 2dus specificative sumptus, nego Mi: nõ intelligitur actus 2dus reduplicative sumptus ~~Nego~~ Concedo mi: iã dixi disp: 2a. Quæst: 1a Capite 1o, solũ esse in Deo Entitatẽ positivã materialẽ, quæ per diversas nostras Cognitiones, iã denominatur actus primus, iã actus 2dus.

ad Confirma: Aptur actũ divinũ Emperantẽ, et intentionẽ finis nõ esse vere, et proprie movente, ex parte ipsius dei, ad actũ Emperatũ, et ad electionẽ mediorũ; hoc eũ esset ponere in Deo distinctionẽ realẽ inter suos actus, et ponere. ex pte ipsius dei aliquã verã Causalitatẽ inter illos, quod nõ ẽ admittendũ. admittuntur g° in Deo Eiusmodi actus seclusis imperfectionibus, motionis, et Excitationis realis; quatenus Deus per unicã realiter, et virtualiter indivisibilẽ Entitatẽ æquipollet substantiæ Intellectivæ et volitivæ Creatæ, quæ progreditur in suis actibus eo ordine, motionis, et Excitationis, unius ad alterũ. hoc autẽ nõ arguit præscissivã illã ex pte obti distinctionẽ, sed solũ quod omnes illi actus ab Intellectu nostro Cognoscantur iã per Comparationẽ ad hunc actũ Creatũ, qui realiter prior ẽ, et movet ad alterũ, iã per Comparationẽ ad aliũ, qui realiter posterior ẽ,

et excitatur ab alio. Caput 8m

Datur distinctio rationis ex parte obti praescissiva inter eas perfectiones, inter quas versatur distinctio realis virtualis.

Hucusque loquti fuimus de perfectionibus divinis, inter quas versatur omnimoda identitas, tam realis quam virtualis, et asseruimus inter ipsas nullo modo versari distinctionem ex parte obti, sed solum ex parte actus praescissivam. Modo loquimur de perfectionibus illis, inter quas invenitur mirabilis distinctio realis virtualis et defendimus inter eas versari distinctionem rationis ex parte obti praescissivam. Et hanc sententiam iam diu in Metaphisica docuimus, quamvis opposita habeat nobilissimos quidem patronos, pro nostra tamen sententia inter alios videantur Fasuniga de Trinitate, disp. 3a dubio 6o, et Pater Arriaga tractatu de visione, disp. 9a sectione 3a.

Probatur 1o haec nostra sententia. Ratio propter quam negaretur in divinis perfectionibus distinctio rationis ex parte obti praescissiva, esset quia non daretur capacitas ad sustinenda duo ea praedicata contradictoria, cognoscitur, non cognoscitur. Sed obtum, licet realiter unum, virtualiter tamen et intrinsece multiplex habet capacitatem ad verificanda duo ea praedicata contradictoria: igitur divinae perfectiones, licet sint obtum realiter unum, si tamen sint virtualiter intrinsece multiplex, distinguuntur distinctione rationis praescissiva ex parte obti. Maior est certa, nam totum fundamentum huius distinctionis est verificatio illorum praedicatorum contradictoriorum. Minor probatur, data distinctione reali virtuali, datur capacitas ad verificanda praedicata contradictoria realia, et intrinseca: igitur data eadem distinctione reali virtuali, datur capacitas ad verificanda praedicata contradictoria extrinseca, quia non maior capacitas

requiritur ad unum, quam ad aliud.

tum ad verificationem duorum praedicatorum Praedent Adversarij Capacita de una Entitate realiter indivisibili esse mysterium, quod ex fide Credere Cogimur, in Cuius obsequium Captivando et Intellectum. et nisi ex fide ad id Credendum Cogeremur, nullatenus esset admittenda in Entitate realiter una, Capacitas ad praedicata Contradictoria intrinseca realia: quum autem ex fide non Cogamur admittere Capacitatem ad praedicata aliqua Contradictoria Extrinseca, pertinentia ad Intellectum, non est viro Theologo admittenda Eiusmodi Capacitas, et Consequenter, neque praescissiva distinctio ex parte obti inter divinas perfectiones, quam in Eiusmodi Capacitate fundatur.

Contra 3, et probatur 2°. nostra sententia non solum viro Theologo admittenda sunt illa praedicata Contradictoria de obto realiter uno, quae fides immediate nos docet, sed etiam ea praedicata, quae ex principijs fidei deducuntur; sed praedicata Contradictoria Extrinseca, quae sunt Cognosci, et non Cognosci, ex principijs fidei deducuntur: ergo non solum illa, sed etiam haec viro Theologo admittenda sunt in quibus distinctio ex parte obti praescissiva fundetur. maior est certa et probatur mi: et loquamur de relationibus, inter quas et praedicata absoluta admittitur distinctio realis virtualis, ut ex eis ad praedicata absoluta Intellectionem pt. et volitionem inter quas nos eandem distinctionem realem virtualem Concedimus, sermonem transferamus. quod dicimus filiatio producitur, non Intelligitur ex parte subti, ut propositio sit vera, essa divina, alias verum esset dicere, quod essa divina produceretur: ergo praedicata Contradictoria Extrinseca ex principijs fidei deducuntur.

idem in alijs propositionibus videre est. quod enim dicimus essa divina Communicatur filio ex parte subti non venit Intelligenda paternitas, quae realiter, actualiter cum essa divina identificatur; si enim veniret Intelligenda paternitas

diceretur de paternitate, quod comunicaretur filio; sed hoc dari praescissionem ex parte obti: ergo, et cae. Minor probatur, quia praescindere ex parte obti, nil aliud est, quam affirmare de una formalitate praedicatum, quod illi convenit, quin affirmemus illud de alia formalitate cui non convenit; sed de relatione possumus affirmare praedicatum, quod illi convenit, quin illud affirmemus de essa, cui non convenit, et e contra, possumus de essa, affirmare praedicatum, quod illi convenit, quin illud affirmemus de relatione, cui non convenit: ergo

Probatur 3°: maiorem vim habet obiective praescindendi ordo intentionalis, quam unio physica, et realis; sed unio physica, et realis habet vim obiective praescindendi: ergo ordo intentionalis potest obiective praescindere. maior est certa, et inter philosophos, et theologos indubitata. Minor probatur; unio realis, et physica, quae est hypostatica fuit facta immediate ad personalitatem divini verbi, non autem ad naturam divinam, quae cum verbi personalitate realiter actualiter identificatur: ergo unio physica, et realis, habet vim obiective praescindendi, nam praescindere est, attingere unum, sine alio, et quum illa unio attingat immediate personalitatem divini verbi, quin immediate attingat naturam divinam obiective praescindit inter utramque perfectionem, stante distinctione reali virtuali, atque adeo eiusmodi virtus non est neganda cognitioni stante similiter distinctione reali virtuali.

Loquamur modo de praedicatis absolutis, intellectione, nimirum, et volitione, et facile erit probare inter utramque perfectionem, distinctionem ex parte obti praescissivam. nam quodcunque duo extrema possunt sustinere praedicata contradictoria intrinseca, et realia, propter mirabilem distinctionem virtualem, possunt sustinere praedicata contradictoria, extrinseca, et intentionalia, sed ex eo, quod possint sustinere

Prædicata Contradictoria, extrinseca, et Intentionalia, possunt obiective præscindi: ergo Intellectio divina, et volitio, possunt obiective præscindi. maior probatur, quia eo ipso quod affirmemus deum producere verbum per Intellectionem, et non per amorem, venit Intelligenda Intellectio, non autem volitio; et eo ipso, quod affirmemus deum spirare spiritum sanctum per amorem, non autem per Intellectionem, venit Intelligenda volitio, non autem Intellectio; atqui hoc est, obiective præscindere: ergo etc.

Caput 9.m

Contraria fundamenta Evelluntur.

Omnia desumuntur ex iis, quæ supra, Capite 5.o produximus ad impugnandas præscissiones obiectivas, ubi non adest distinctio realis virtualis, 1.m est; etiamsi detur distinctio realis virtualis, non datur fundamentum, ut Intellectus Cognoscat unum sine alio: ergo non datur distinctio rationis ex parte obiecti præscissiva, inter perfectiones, inter quas intercedit distinctio realis virtualis. Sequela est Evidens, et Ant. probatur; ubi non est actualiter unum, et aliud, non potest unum Cognosci sine alio; sed etiam stante distinctione reali virtuali non est actualiter unum, et aliud, quia cum identitate reali non potest Compati unum, et aliud actualiter: ergo etiam stante distinctione reali virtuali non potest unum Cognosci sine alio.

Probatur negando Ant.; ad Probationem distinguenda est maior; ubi non est actualiter, est tamen virtualiter unum, et aliud, non potest unum Cognosci sine alio, nego ma: ubi non est neque actualiter, neque virtualiter unum, et aliud, non potest unum Cognosci sine alio, concedo ma: Contendimus, quod Eam virtualem distinctionem residentem in obiecto esse sufficientem, ut unum Cognoscatur sine alio, sicut est sufficiens ad sustinendum alia prædicata Contradictoria realia. Unde fit, quod sicut ad sustinendum Contradictoria

Prædicata realia nō requiritur determinate, quod unum nō sit actualiter aliud, ita nō requiritur determinate quod unū nō sit actualiter aliud, sed sufficit, quod nō sit virtualiter aliud, ut unū cognoscatur sine alio.

2m ꝯ; hæc prædicata cognosci, et nō cognosci supponunt ex parte obti supra quod cadunt, aliquā distinctionē, quæ vere, proprie, et formaliter distinctio sit; sed distinctio virtualis vere, proprie, et formaliter nō ꝯ, distinctio: ergo supra obtū solū distinctū virtualiter nō possunt cadere eiusmodi prædicata. maior ex nostris principijs, ꝯstare videtur sicut enī currere et nō currere petunt cadere supra subta, quæ aliquā verā, et propriā distinctionē patiuntur, ita similiter cognosci et nō cognosci. minor etiā ex nostris principijs ꝯ manifesta; nā distinctio hæc mirabilis solū ꝯ continentia capacitatis ad duo prædicata contradictoria, absq. perfectione distinctionis; et ideo ꝯ eminenter, sive æquivalenter, virtualiter solū distinctio. et sicut continere eminenter creaturā, nō ꝯ esse vere, proprie et fraliter creatura; ita esse eminenter, sive virtualiter distinctio, nō ꝯ esse vere, et proprie distinctio; ergo hæc prædicata cognosci et nō cognosci saltē supponere ex parte obti aliquā distinctionē virtualē, quæ licet vere, proprie, et formaliter distinctio nō sit, sufficiens tamē ꝯ ad verificationē eorū prædicatorū; unde absolute negandū eiusmodi prædicata supponere ex parte obti aliquā distinctionē, quæ vere, proprie, et fraliter distinctio sit. et quamvis aliqua prædicata contradictoria petant realē subtorū distinctionē ad sui verificationē, nō tamē omnia, ut ex fide docemur. neq. aliqd in contrariū supra docuimus, qa expresse asseruimus eiusmodi prædicata verificari nō posse nisi antecedenter

ad Cognitionem detur aliqua distinctio, vel realis, vel formalis, vel virtualis; et modo asserimus posse verificari stante distinctione intrinseca virtuali, quamvis vere, proprie, et fraliter, distinctio non sit.

3um D: intellectus nil aliud exercere potest quam Obtum, quam illud cognoscere; sed aliquid aliud exerceret, si haberet vim praescindendi duas fralitates, licet inter ipsas intercederet distinctio realis virtualis: ergo non habet vim obiective praescindendi duas formalitates, licet inter ipsas intercedat distinctio realis virtualis. Maior a nobis supra statuta est, et probatur minor: intellectus sua praescissiva distinctione faceret actualiter in duas fralitates, quae non sunt duae, ante cognitionem; sed hoc est aliquid aliud exercere quam Obtum, praeter cognoscere, facere nimirum intrinsece actualiter multiplex, quod antea non erat intrinsece actualiter multiplex: ergo aliquid aliud exerceret quam Obtum, praeter cognoscere, si haberet vim obiective praescindendi inter formalitates realiter actualiter identificatas.

Respondetur concedendo ma: et negando mi: ad probationem distinguenda est maior: intellectus sua praescissiva distinctione faceret esse actualiter duas fralitates, ita ut actualitas illa duarum fralitatum fraliter, et reduplicative, qua talis, sit ex parte Obti, nego ma: ita ut actualitas illa duarum formalitatum reduplicative, et formaliter, qua talis, non sit ex parte Obti concedo ma: Obtum itaque virtualiter intrinsece multiplex, et unum, identitate reali, sicut potest sustinere praedicata contradictoria realia, ita potest correspondere, et non correspondere uni et eidem cognitioni: quando quo correspondet cognitioni, ita ut idem non correspondeat eidem cognitioni, fit actualiter multiplex per formam illam extrinsecam ~~[illegible]~~ cognitionis; at quum haec extrinseca forma cognitionis

nō se teneat ex pte obti, nō datur ex pte obti multiplicitas formalitatū actualis formaliter, et reduplicative, quā talis, et consequenter nil immutat cognitio circa obtū.

4.m d: Deus perfectissime cognoscit mysterium Trinitatis sine ulla prorsus praescissione obiectiva; cognoscit enim essentiam communicatam filio, nō vero paternitatem filiationem esse productam, nō vero essentiam divinam, verbum procedere per intellectionem, nō vero per amorem, spiritum sanctum per amorem, nō autem per intellectionem, et alia huiusmodi, quin obiective praescindat essentiam, et relationes, intellectionem, et volitionem: quibus neque nos obiective praescindemus inter huiusmodi perfectiones. =

Dicitur per formalitatem illam cognitionis, qua Deus affirmat essentiam communicari filio, nō affirmare idem de paternitate, et per cognitionem, qua affirmat filiationem esse productam, nō affirmare idem de essentia divina, et per cognitionem qua affirmat verbum procedere per intellectionem, nō affirmare idem de volitione, et sic de aliis.

Intendimus quod stante distinctione intrinseca virtuali posse unum praedicatum affirmari quin illud affirmetur de perfectione realiter identificata, quod nō potest contingere, si nō detur haec intrinseca distinctio virtualis; et quamvis Deus per actum realiter unum, omnia perfectissime cognoscat, omnia tamen cognoscit per actus diversos ratione nostra, unde fit, quod actus affirmans essentiam communicari filio, sit ratione diversus ab actu affirmanti nō communicari paternitatem, et unus attingat praecise essentiam, et alius praecise paternitatem, et consequenter quod Deus praescindat per utrumque actum, et quamvis demus actum, quo Deus attingit omnia sua praedicata, esse unicum ratione nostra, adhuc stat praescissio, in illo actu divino nam per illum affirmatur relationem distingui, et essentiam nō distingui; praescindere enim est affirmare, de una formalitate praedicatum, quod nō affirmatur

de alia, qd qd sit, an Ea fralitas per Eundē actū, sub alio Prædicato diverso cognoscatur.

Disputatio 6a

an detur inclusio essentiæ in attributis, attributorū in essa, aut attributorū inter se.

Quæstio 1a

an implicet ex suo conceptu mutua inclusio divinarū perfectionū. Caput 1m

aliqua supponūtur, et sententiæ referuntur.

Supponendū 1o. nos in præsenti nō loqui in sensu reali, et identico, nā quū ex dictis manifestū sit nullā dari distinctionē realem inter attributa, et essā, et attributa ipsa inter se, nō potest proprie loqdo dici essā realiter includere attributa, aut attributa essā, aut vnū attributū realiter includere aliud; sed dicendū ~~esse~~ 3 omnia hæc esse vnā realiter, et indivisibilē entitatē. loqmur go, aut in sensu frali, et metaphico; et inquirimus, an essa divina, et attributa fraliter et metaphisice sumpta mutuo includantur; aut loqmur in sensu virtuali, in quo vna perfectio nō 3 alia virtualiter, ut iā magis declaro.

Supponendū 2o, inclusionē ex conceptu talis, petere aliquā distinctionē inter includens, et inclusū, neq. aliter conceptibilis 3 inclusio. vnde si distinctio inter includens, et inclusū fuerit realis, inclusio erit realis, qlis datur inter hominē, et materiā. si distinctio fuerit virtualis, dabitur inclusio virtualis; et si distinctio fuerit rationis inclusio solū erit rationis, qlis 3 Ea, quæ datur inter hominē, et animal. quū go nos admiserimus solū distinctionē rationis, aut virtualem inter absolutas perfectiones, solū de inclusione rationis, aut

virtuali. Sermo nobis futurus est.

Supponendum est 3°. in sententia nostra negantis praecissiones obiectivas inter formalitates habentes omnimodam identitatem, tam realem quam virtualem dari unicum conceptum obiectivum, correspondentem cuicunque cognitioni, ut iam probatum est, in quo sensu poterat dici omnes illas perfectiones sese quoad intrinsecam entitatem includere, si nomen inclusionis velimus, latius extendere; caeterum quum iam dixerimus inclusionem, petere aliquam distinctionem, inter includens et inclusum, et haec non detur intrinsece, et ex parte obti inter perfectiones illas, melius est dicere, eas esse quoad intrinsecam entitatem, unicum, et simplicissimum conceptum obiectivum.

Sicut ergo distinctio rationis fit, iuxta nostram sententiam quodcunque divinae illae perfectiones, quae habent omnimodam identitatem tam realem quam virtualem, attinguntur per diversos actus, et ex vi unius obtum illud omnino indivisibile iam attingitur sub denominatione essentiae, iam sub alia denominatione attributorum, et consequenter fiat per extrinsecam formam cognitionis diversimode obtum attingentis, quin in obto multiplicitas aliqua intrinseca formalitatum detur aut resultet: ita in dubium revocamus, an essentia divina cognita, sub conceptu, et denominatione essentiae, et ex parte actus ab attributis distincta includat attributa, et similiter, an attributa cognita sub conceptu, et denominatione attributorum, et ex parte actus ab essentia condistincta, includant in suo fratissimo conceptu essentiam divinam. et quando datur distinctio rationis praecissiva ex parte obti fundata in distinctione intrinseca virtuali, rogamus an illa perfectio, prout subiacet cognitioni, qua cognoscitur ut talis, includat alias perfectiones, et e contra.

Sic expositis prima circa praesentem difficultatem sententia tuetur, dari mutuam inclusionem essentiae, in attributis, et attributorum in essentia, et consequenter

Eiusmodi inclusionem non esse implicatoriam, et repugnantem ex suo conceptu. Ita pater Suarez, libro 1° de Essa dei, Cap: 13. et in Metaphisica, disp: 30ª, sect: 5ª, et 6ª. Pater Granado 1ª parte, tractat: 2°. disp: 4ª. Pater Hemelman in suis disputationibus Theologicis Volumine 1°, titulo 4°. disp 1ª, Capite 16, nu: 13. Salmanticenses tractatu 4°. de voluntate, disp: 4ª, dubio 1°. § 3°. Raphael aversa 1ª parte, Quaestione 3ª, de simplicitate dei, sect: 4ª. Eandem sententiam eo modo explicatam, quo a nobis infra explicabitur, et impugnabitur defendunt ingeniosi Recentiores.

La sententia acriter contendit non dari mutuam inclusionem essae in attributis, et attributorum in essa, et inter se, et eiusmodi mutuam inclusionem esse inintelligibilem, implicatoriam, et repugnantem. Ita Scotistae communiter, quamvis hij ducantur ex sua distinctione media, quam constanter asseverant intercedere inter attributa, et essam divinam, et inter unum attributum, et aliud. Eandem sequuntur opinionem pater Vasquez 1ª parte disp: 100ª, et 19ª Capi 2°. et eius fidus discipulus pater Alarcon tractatu 5° de trinitate. disp 2ª. Capi 12°. Pater Fassolus tomo 1°, in 1ª parte. Quaest: 4ª. Arti 2°; pater Herice in 1ª parte disp: 3ª, Capi 2°. nu: 6°. Pater Meracius tractat: de deo disp: 47ª, sect: 2ª. et alij praesertim ex Recentioribus.

Caput 2ᵐ

Quid sit in hac difficultate sentiendum.

Asserimus mutuam inclusionem esse ex suo conceptu implicatoriam et repugnantem, et consequenter non dari inter essam, et attributa et inter unum attributum, et aliud. Probatur 1°: includens eo ipso, quod sit includens de toto, et inclusum eo ipso, quod sit tale de parte saltem Metaphisica, virtualis, aut rationis respectu alterius; includens de continens, ut ex ipsis tribus de manifesto, et inclusum de contento, includens de maius, et inclusum de minus: atqui implicat ex suo conceptu aliquid ut eiusdem esse totum, et esse partem, esse continens, et esse contentum, esse maius, et esse minus.

qtur implicat aliqd vn Eiusdē esse includens et esse inclusum, et consequenter implicat essā diuinā esse includentē attributa, et attributa esse includentia essā, et vnū attributū mutuo esse includens, et inclusū vn alterius.

Probatur 2°: implicat ex sola apprehensione terminorū aliquod Extremū Consideratū sdū Ea, quae sunt de fralissimo Conceptu ipsius excedi ab alio, et quod idē Extremū sdū Eundē suū fralissimū conceptū vicissim Excedat illud, a quo Exceditur: qtur implicat idē Extremū esse includens, et per Eundē fralissimū Conceptū esse inclusū in illo, quod includit. Consequentia patet, qt si per Eundem fralissimū Conceptū, per quē d includens esset inclusum, per Eundē fralissimū Conceptū esset Excedens, et excessū, qdo qdē includens ex Conceptu talis d Excedens, et inclusū ex Conceptu talis d excessū.

Ant probatur: ut aliquod Extremū Excedat aliud, debet dicere in suo Conceptu fralissimo totum quantū dicit aliud, et insuper superaddere aliquid, quod nō dicat aliud, alioqui nō esset Excedens, ut d Euidens; sd implicat, quod si aliquod Extremū Consideratū sdū omnia quae sunt de fralissimo illius Conceptu, Exceditur, dicat totū, quod dicit Excedens, et superaddat aliquid, quod nō dicat Excedens: qtur implicat ex suo Conceptu, quod aliquod Extremū Consideratū sdū omnia, quae sunt de fralissimo illius Conceptu, Excedatur ab alio, et vicissim per Eundem Conceptū Excedat id, a quo Exceditur. Minorē probo qa vel illud, quod superadderet Extremū a supra Extremū b esset de Conceptu b: vl nō esset de conceptu illius si dicas 2m nō dabitur mutua inclusio, neq a excederet b. per illū ipsū conceptū, per quē Exceditur, sd per aliū, qui nō Exceditur. si 1m dicas, infertur Euidenter

Extremum a. aliquid superaddere, et non superaddere supra Extremum b. quod est contradictio manifesta.

Probatur 3°: mutua Extremorum inclusio pugnat cum distinctione Eorundem: ergo est implicatoria. Consequentia patet, quia implicat ex suo conceptu dari inclusionem inter Ea, quae nullam habent distinctionem; includens Eum, qua tale distinguitur ab incluso quod nil, se ipsum dicatur includere et consequitur, si haec inclusio pugnat cum distinctione Extremorum, censenda est implicatoria, ut ex dictis constat. Ant. probatur: non potest dari distinctio inter Ea, quorum quodlibet dicit in suo formalissimo conceptu, quodquod dicit aliud, et nil aliud superaddit; atqui Extrema mutuae inclusionis dicunt in suo formalissimo conceptu quodquod aliud dicit, et nil aliud superaddunt: ergo non potest dari distinctio inter Extrema mutuae inclusionis.

Maior est certissima, quum distinctio in Eo fundetur, quod unum non sit aliud, sive in Eo, quod unum dicat, quod non dicit aliud, et consequenter inintelligibilis est distinctio inter Extrema, quorum quodlibet dicit in suo formalissimo conceptu quodquod dicit aliud, et nil aliud superaddit. Minor probatur: Extrema mutuae inclusionis taliter se habent, ut unum sit, de formalissimo conceptu alterius, et nil aliud dicat unum, quod non claudatur in alio; v. g. conceptus formalissimus iusticiae est conceptus formalissimus misericordiae, et nil dicit conceptus iusticiae, quod non dicat conceptus misericordiae et conceptus misericordiae est, formalissimus conceptus iusticiae, et nil dicit conceptus misericordiae, quod non dicat conceptus iusticiae: ergo unus dicit, quodquod alius dicit, et nil superaddit unus supra alium, ratione cuius ab alio distinguatur.

Ex his tribus rationibus manifeste convincitur non dari mutuam inclusionem inter Essentiam, et attributa, et inter attributa ipsa, inter se collata; sequeretur Eum Essentiam divinam, et attributa vicissim esse totum, et esse partem, esse continens, et esse contentum

esse maius, et esse minus, esse excedens, et excessum, aliquid aliud superaddere, et non superaddere, distingui et non distingui, quae omnia manifesta involuunt contradictionem. et haec sententia quamvis his efficacissimis argumentis non impeteretur solum propter suam obscuritatem deferenda esset, ut in capite sequenti magis declaro.

Caput 3.m

Comune quoddam effugium praecluditur.

dicunt RR.ores aliqui mutuae inclusionis defensores, argumenta quae capite praecedenti attulimus, efficaciter quidem convincere non dari mutuam hanc inclusionem, idem conceptus explicitos, quare vera essa divina non explicatur per attributa, neque attributa per essam explicantur, et consequenter conceptum explicitum essae non includere conceptum explicitum attributorum, neque conceptum explicitum attributorum conceptum explicitum essae, caeterum deinde inquiunt conceptum explicitum essae, includi in conceptu implicito attributorum, et e converso, conceptum explicitum attributorum includi in conceptu implicito essae.

hanc solutionem, et doctrinam, tanquam obscuram, et inintelligibilem, reiecimus libro 1.o physicorum, quando de respectibus materiae primae ad formas sermo instituebatur. reijcio modo, 1.o, quia quod essa divina includat idem suum conceptum implicitum, explicitum attributorum, nil aliud est ex mente adversariorum, quam quod si essa divina intimius, et clarius cognoscatur, per conceptum adaequatiorem, et conformiorem rei, ut est in se, debeant ibi attributa cognosci propter realem identitatem quam habent cum essa divina; id hoc, nil aliud probat, quam realem identitatem, quam habet essa cum attributis, et attributa cum essa, et ad summum inclusionem realem si forte realis identitas nomine inclusionis est appellanda.

in utilis q. d. Ea inclusio penes implicitum, et explicitum, quae ab his Rrbus adstruitur.

Ex quo reijcio 2° Eandem doctrinam, in deo datur fundamentum, ut concipiamus divinam essentiam perfecte constitutam, in ratione essentiae absque eo, quod concipiamus explicite, aut implicite perfectiones attributales ingredientes in formalissimum illum essentiae conceptum, de quo solum in praesenti loquimur. et similiter datur in deo fundamentum ad concipiendum perfectiones attributales, in ratione talium, absque eo, quod concipiamus perfectiones pertinentes ad essentiam ingredi in formalissimum conceptum attributorum, de quo solum in praesenti sit sermo. Ad quid q. d. Ea terminorum confusio penes implicitum, et explicitum. id quod sequenti ratione magis expono.

reijcio 3°: Essentia divina, ut essentia divina est, constituitur per radicem omnium perfectionum divinarum; unde, quodcunque quis radicem omnium divinarum perfectionum conceperit, essentiam divinam concepit, prout essentia divina est; sed radix, ut radix est, et principium, ut principium extra radicatum, et principiatum est; igitur essentia divina, ut essentia divina, est extra attributa; et quum radicatum, et principiatum sit extra radicem, et principium, similiter attributa erunt extra sui radicem, quae est essentia divina, et consequenter neque essentia divina, ut talis, explicite, aut implicite includit attributa, neque attributa, ut talia, explicite, aut implicite includunt essentiam.

reijcio 4°, et probo hanc mutuam inclusionem, qualiter ab his Rrbus adstruitur, esse inintelligibilem. Conceptus implicitus essentiae, claudens attributa, vel addit aliquid, prout condistinguitur a conceptu explicito essentiae supra attributa, vel nil addit, si primum dicas, manifeste falleris, quia illud, quod adderet, pertinet ad essentiam, et consequenter ad conceptum explicitum, quo essentia, ut essentia est, explicatur. si dicas 2m, conceptus ille implicitus, quem

assignas

nil aliud erit, quam attributa ipsa, at quum attributa ipsa se ipsa non includant, conceptus ille implicitus, non includet attributa. nam ut ex dictis constat: neque aliquid se ipsum includere dicitur, neque includens intelligi potest, nisi aliquid aliud addat supra inclusum, et idem argumentum circa conceptum implicitum attributorum formandum est; =

reijcio 5°. Conceptus essae adaequate distinguitur ab attributis: quatenus attributa, neque explicite, et neque implicite includuntur in essa, neque essa in attributis. Consequentia patet, quia si attributa includantur in essa, sive explicite sive implicite dicantur includi, conceptus essae, non distingueretur adaequate ab attributis, quae inclusum, sive implicitum, sive explicitum dicatur, est de conceptu includentis. Aut, ex iam dictis est manifestum; satis enim in superioribus probavimus essam divinam nullo modo per praedicata secundaria, sive attributalia esse constituendam, idem dico de attributis; satis enim iam est in superioribus expositum, quomodo praedicata secundaria, et attributalia adaequate distinguantur a praedicatis primarijs, et pertinentibus ad essae constitutionem.

reijcio 6° ostendendo iuxta nostra principia nullam hic superesse difficultatem, et non esse ad haec terminorum involucra penes implicitum, et explicitum recurrendum. tunc dantur conceptus sese ad invicem excludentes, quando connotata unius non includuntur in connotatis alterius, ut in animali, et rationali videre est, quae ideo sese ad invicem excludunt, quia connotata animalis non includuntur inter connotata rationalis, neque e contra; sed connotata essae non includuntur inter connotata attributorum: neque connotata attributorum inter connotata essae; atque essa divina, et attributa sunt conceptus sese ad invicem excludentes,

et consequenter nō datur mutua, et reciproca inclusio inter essā, et attributa, neq. quoad explicitos, neq. quoad implicitos conceptus.

Caput 4.m

Vires aduersariorū franguntur.

opponitur 1.o: diuina substantia debet esse simplicissima, et minime composita; sed si nō daretur mutua et reciproca inclusio inter essā, et attributa, diuina substantia nō esset simplicissima, et minime composita: ergo datur mutua, et reciproca inclusio inter essā, et attributa.

Respondetur 1.o rogando aduersarios, an essā, et attributa ratione ratiocinata distinguantur, vel nō, si 1.m dicant, manifeste sequitur in deo dari pluralitatē, et compositionē, quia ea distinctio, quae in deo datur: pluralitatē, et compositionē inducit. si dicant 2.m contra sunt ea omnia, quae in decursu totius tractatus adduximus ad probandā distinctionē rationis ratiocinatae inter diuinas perfectiones, et inter essā, et attributa.

Respondetur 2.o, diuinā substantiā esse simplicissimā et minime compositā actualiter ante actum intellectus, nō vero esse simplicissimā, et minime compositā, etiā adueniente intellectus operatione, nā sicut adueniente operatione intellectus aduenit distinctio, ita etiā adueniente intellectus operatione aduenit pluralitas et compositio. neq. in hoc aliquod relucet inconueniens; nā sicut ex distinctione rationis solū arguitur diuinā substantiā propter suā eminentissimā fecunditatē praebere fundamentū ad varios conceptus formales circa ipsa met eformandos ita ex hac metaphisica compositione, nō involuenti mutuā, et reciprocā perfectionū componentiū inclusionē, eadē fecunditas deducetur.

opponitur 2.o: si negetur

inclusio mutua inter essa, et attributa, neq. hæc, neq. illa essent infinite perfecta; sed hoc est absurdum: ergo asserenda est eiusmodi inclusio mutua. Sequela probatur. Conceptui attributorum deficeret conceptus essæ et conceptui essæ deficeret conceptus attributorum. Sed hoc arguit, neq. essa, neq. attributa esse infinite perfecta, quia cui deficit aliqua perfectio, non potest esse infinite perfectum: ergo si negetur inclusio mutua neq. essa, neq. attributa essent infinite perfecta.

Respondetur negando ma; essa enim, et attributa essent infinite perfecta, quamvis neq. attributa includerentur in essa, neq. essa includeretur in attributis, ratio est, quia quamvis essentiæ sed conceptum virtualem, aut formalissimum essæ deficerent via inclusionis perfectiones attributorum, quia tamen hæc non pertinent ad lineam, et constitutionem essæ formalissimam, nulla perfectio deest essæ pertinens ad lineam, et constitutionem formalissimam essæ, et consequenter hæc est infinite perfecta licet non includat perfectiones ad suam lineam non pertinentes, nam infinitum in linea solius essæ solum ~~petitet~~ includere infinitam perfectionem ad lineam essæ solum spectantem. et quum ex hoc argumento non convincatur essa divina per attributa, esset formalissime constituenda, ut ea vidimus disp. 2a. Quæst. 3a. Capite 4o, ita ex eo non probatur mutua divinarum perfectionum inclusio, ut unaquæq. perfectio sit in sua linea infinite perfecta.

Opponitur 3o: unumquodque prædicatum divinum debet poni, et concipi in deo, cum maiori perfectione, quæ possit excogitari; sed non poneretur, et conciperetur in deo cum maiori perfectione, quæ possit excogitari, si non daretur mutua inclusio essæ et attributorum: ergo re vera datur talis mutua, et reciproca inclusio. minor probatur; si ponatur, et concipitur essa

involuens, et includens in suo fralissimo conceptu perfectionem sapientiae actualis, cum maiori perfectione poneretur, et conciperetur, quam si praecisse poneretur, et conciperetur essa non involuens, et includens in suo fralissimo conceptu perfectionem sapientiae actualis: et similiter si poneretur, et conciperetur sapientia actualis involuens, et includens, in suo fralissimo conceptu perfectionem essae, cum maiori perfectione poneretur, et conciperetur, quam si praecisse poneretur, non involuens, et includens in suo fralissimo conceptu perfectionem essae: ergo nisi ponatur mutua, et reciproca inclusio, non ponentur, et concipientur divina praedicata, cum maiori perfectione, quae possit excogitari.

Probatur concedendo maiorem et negando minorem; nam essa, et attributa debent poni, et concipi in deo, secundum eam perfectionem, quae ipsis competit intra proprias suas lineas, et secundum suum specialissimum conceptum fralem; et quum sese ad invicem excludant secundum specialissimum conceptum fralem, unius cuiusque proprium, ponuntur, et concipiuntur in deo, cum maiori perfectione, quae potest excogitari, quamvis negetur mutua, et reciproca inclusio, ad probationem minoris dicendum est, essam divinam nunquam posse cum veritate concipi, tanquam involuentem, et includentem in suo fralissimo conceptu sapientiam actualem, neque quodlibet aliud attributum, ac proinde non conciperetur cum maiori perfectione si conciperetur tanquam involuens, et includens in suo fralissimo conceptu sapientiam actualem, quae res quae concipitur cum perfectione, quam non habet, neque potest habere non cum maiori perfectione concipitur. et idem de attributis comparatione essae dicendum est.

Quaestio 2a

An essa includat attributa, aut attributa essam, quamvis non mutuo

Caput III.

Brevis resolutio difficultatis.

in praecedenti Quaestione discussimus, an detur mutua inclusio inter essa, et attributa, et vidimus ea esse penitus implicatoria, et repugnantem discutiendum in praesenti est, an essa includat attributa, aut attributa essam, licet non mutuo. et quamvis resolutio huius difficultatis ex iam dictis facile deducatur, quodque docuimus essa, et attributa esse conceptus sese ad invicem excludentes, placuit aliorum vestigiis insistendo, specialiter de illa in Quaestione ~~tracta~~ praesenti tractari, in qua 1° asserendum est essa non includere attributa. haec conclusio est contra doctores pro mutua ~~Qua~~ inclusione Quaestione praecedenti relatos, et contra omnes illos, qui per cognitionem omnium attributorum constituunt divinam essam.

Probatur 1°: essa divina non constituitur per attributa: ergo essa divina non includit attributa, aut iam a nobis probatum est, et ideo in praesenti supponendum. Consequentia probatur, inclusum, qua inclusum, est constitutivum includentis; sed attributa non sunt constitutiva essae divinae: ergo attributa non sunt inclusa in essa divina. totus sidemus clarissimus est; nam includens, ea ratione qua est includens, est totum, et inclusum, ea ratione qua est inclusum, est pars, sed pars est constitutivum totius; ergo inclusum ea ratione, qua est inclusum, est constitutivum totius. quum ergo exclusa sint attributa a constitutivis divinae essae, asserendum est consequenter ea non includi in essa divina.

Probatur 2°: ut essa divina dicatur includens attributa, debet assignari aliquid, per quod virtualiter, aut formaliter distinguatur ab attributis, et quod in suo conceptu non includat attributa, nam includens ea ratione qua est includens, debet aliqua ratione distingui ab incluso, et afferre aliquid

quod in suo ⁊cepto nō includat ⁊tem inclusā; ⁊ illud
quod assignatur, virtualiter, aut ~~virtualiter~~ realiter
distinctū ab attributis, ⁊ nō includens attributa, ⁊ ipsa
essa divina: quia essa divina formaliter nō includit
attributa. Minor ꝓbatur, q̄ omne, quod datur in deo,
realiter, aut virtualiter, distinctū a personalitatibus, ⁊
attributis ⁊ essa divina: quia si illud, quod assignatur, nō
includit attributa, essa divina nō includit attributa.
Confirmatur, ⁊ explicatur
magis, ratio precedens. Vbi datur includens ⁊ una ⁊ tertia, nō
neutra illarū includit alteram, ⁊ ut ambe multo fortius exclu-
dunt, sicut fuerit inclusio, si inclusio fuerit realis, sic
excludent realiter, ut videmus in homine realiter includente
animā ⁊ corpus, si inclusio fuerit rationis, sic ex-
cludent realiter, ⁊ per rationē, ut videmus in eodē homine
realiter, ut rationale nostra compositio, ex animali, ⁊ ratio-
nali: ⁊ essa iuxta aduersarios includens ⁊cepta ⁊ specia-
lissimū essa, ⁊ conceptū attributorū: quia ⁊cepta
ide ⁊specialissimus essa nō includit aliū ⁊ceptū attributo-
rū.
Ad secundū 2º ⁊ attributa divina nō includere in
suo ⁊talissimo ⁊cepto divinā essā. Hoc conclusio ⁊ stat sua
ex dictis, ⁊ ex rationibus pro aduersis tactis roborat ⁊
ꝓbatur tamē 1º: ⁊ceptus perfectionis 2dalis, ut talis, ⁊
omnino, ⁊ adequate distinguitur a ⁊cepto affectionis primarie
ut talis ⁊, ⁊ attributa sunt affectiones 2darie, ⁊ essa ⁊ per-
fectio primaria: quia attributa omnino, ⁊ adequate dis-
tinguuntur ab essa: alqui ex omnino, ⁊ adequate distinctis
neutrum includit alterum: quia attributa nō includunt
essā divinā, maior ꝓbatur: repugnat predicatū primarium
ut tale, esse 2darium, sicut econtrepugnat predicatū
primū sub ratione talis esse posterius, ita repugnat pre-
dicatū primarium esse 2darium, ut quo modo repugnat

predicatū

2darium ut tale, esse primarium, sicut repugnat praedicatum posterius sub ratione talis esse prius: ergo repugnat attributa, quae sunt praedicata 2daria, et posteriora includere essentiam, quae est praedicatum primarium, et prius.

2° attributa divina consequuntur essentiam, iam prius, et antecedenter constitutam: ergo attributa non includunt in suo conceptu formalissimo divinam essentiam. ant. est certum ex iam superius repetitis; id enim nomine attributi intelligimus quod consequitur, et supponit essentiam iam prius et antecedenter constitutam. consequentia probatur: id quod consequitur, et supponit essentiam iam prius et antecedenter constitutam, non potest includere in suo formalissimo conceptu essentiam, sed attributa divina consequuntur et supponunt essentiam, iam prius, et antecedenter constitutam: ergo attributa non includunt in suo conceptu formalissimo essentiam; confirmatur passiones creatae non includuntur in essentia, a qua oriuntur, et dimanant: ergo attributa divina, quae concipiuntur ad modum passionum, et proprietatum creatarum non includuntur in essentia divina, a qua ratione nostra intelliguntur oriri, et dimanari.

probatur 3° id praecise includunt attributa in suo formalissimo conceptu, dum quod explicantur in ordine ad suum proprium, et speciale connotatum: unde si attributa non explicentur in ordine ad connotatum, in ordine ad quod essentia, ut essentia est explicatur, non includunt in suo conceptu formalissimo essentiam; sed attributa, ut attributa sunt explicantur in ordine ad connotatum proprium, et speciale, in ordine ad quod, essentia, ut essentia est, non explicatur: ergo attributa ut attributa sunt non includunt in suo conceptu formalissimo essentiam divinam. ex quibus, et aliis rationibus, quae apud authores videri possunt, manet sufficienter comprobatum

neq; essa includere in suo fralissimo conceptu ~~essa~~ attributa neq; e contra, quamvis alioquin mutua, et reciproca inclusio sit penitus repugnans, et inexplicatoria.

Caput 2m

aliqua obiciuntur, et resolvuntur

Obiciunt 1o contra 1a assertionem conceptus essentiae, quicunq. precisus sed proprium, et fralissimum conceptum, sed ens, per essa, et nulla habens perfectionem per participationem, sed non esset ens per essa nulla habens perfectionem per participationem si attributa non includerentur in essa: atur attributa includuntur in essa divina. maior est certa, et probatur minor: si attributa non includantur in fralissimo conceptu essae, essa divina participaret denominationem intelligendi ab attributo intellectionis, et participaret denominationem volendi ab attributo volitionis, et sic de alijs denominationibus ab attributis provenientibus; sed hoc non potest stare cum hoc, quod sit ens per essa a nullo participans perfectionem: atur, et cae.

Respondetur essa divina dici ens per essa, tum quia esse, et existere omnino indefectibile includitur in fralissimo conceptu divinae essae, tum quia essa alter petit habere perfectiones attributales, non quidem tanq. sui constitutivas, aut inclusas in suo formalissimo conceptu, sed tanq. ornamentum et complementum condarium; tum quia habet identitatem actualem realem cum omni perfectione divina. cum quo bene stat, quod accipiat denominationem intelligendi ab attributo intellectionis, et denominationem volendi ab attributo volitionis, non inclusis in fralissimo

conceptu Entis per essa, quae Ens per essa, quale est essa divina, non petit in suo formalissimo conceptu includere omnem, et quamcunque perfectionem; sufficit enim, quod petat realem identitatem cum omni perfectione, nullam involventi imperfectionem;

objiciunt 2°; plures Ecclesiae Patres, quorum aliqui asserunt Deum esse suam sapientiam, Justitiam, et bonitatem: alij dicunt Deum non aliunde esse, sua attributa, et perfectiones, quam ex sua essa: alij absolute pronuntiant attributa esse de essa Dei; sed haec clare non possunt, nisi dicamus attributa includi in formalissimo conceptu divinae essae: atur datur talis inclusio. = Respondetur Patres hijs, et similibus locutionibus, nil aliud intendisse, quam realem identitatem inter omnes divinas perfectiones, non autem intendisse inclusionem unius in formalissimo conceptu alterius, et ratione huius identitatis posset dici Deum esse suam sapientiam, et sua attributa esse de essa reali Dei;

contra 2am assertionem insurgunt 1°; si attributa divina non includerent divinam essam, aliquid reperiretur in Deo, quod non esset formaliter Deus; sed implicat, quod aliquid reperiatur in Deo, quod non sit formaliter Deus: atur attributa divina includunt in suo formalissimo conceptu essam; maior probatur: quod non includit in suo conceptu formalissimo divinam essentiam, non est formaliter Deus: atur si attributa non clauderent in suo formalissimo conceptu divinam essam, attributa non esset formaliter Deus, et consequenter reperiretur aliquid in Deo

... aderno de attributis

quod nō esset fraliter Deus. = Confirmatur: id, quod est, et nō
est fraliter Deus, est fraliter Creatura, quia Ens praescindere
nō possit ab utroq. Sed attributa sunt, et nō sunt fraliter
Deus: ergo sunt fraliter Creatura. hac autē dici non
possunt: ergo, et cae. Respondetur nunq. esse absolute, et
sine aliqua restrictione concedendum, attributa nō esse
Deū, quia sufficit identitas realis, actualis, ut absolute
dicantur Deus; adhuc tamē posse concedi sdū suū fralissi-
mū conceptū, et per intellectū nostrū inadeqte concipientē
attributa nō esse deitatē, quia hoc significandi modo nil
aliud denotatur, quā posse attributa concipi per =
conceptū aliquē inadeqtū, quin concipiantur, ut Deus,
quod qdē verissimū est, quodqdē possunt a deitate praescindi
et distingui; et certissimū est, quod in eo sensu, in quo prae-
scinduntur, et distinguntur a deitate, nō sunt deitas. neque
hinc infertur illa attributa sic praescissa, et per intellectū
nostrū a deitate distincta esse Creaturam, quia adhuc sunt
Ens a se, excludens quamcunq. sui causā productivā.

Insurgunt 2°. attri-
buta divina quantūcunq. praecissa sunt Ens reale a se,
ut modo dicebamus: ergo includunt in suo fralissimo con-
ceptu divinā essā. Consequentia probatur: Ens a se, est fralissi-
mus conceptus divinae essae, quodqdē Ens a se est increatū, et
divinū, et consequenter deitas: ergo si attributa divina licet
sdū suū fralissimū conceptū praecissa, includunt Ens reale
a se, includent in suo fralissimo conceptu divinā essā. hoc
argumentū a pluribus reputatur efficacissimū. facile tamē
ei respondetur, distinguendo Ant.: attributa divina quan-
tumcunq. praecissa sunt Ens reale a se, primariū, nego
Ant.

sunt Ens reale a se 2darium, Concedo Ant.

Itaq. duplex genus Entis a se reperitur in deo, aliud primarium, aliud 2darium, Ens a se primarium competit divinae essae, quae est perfectio primaria, in deo inferens reliquas omnes divinas perfectiones. Ens a se 2darium competit divinis attributis quod ideo appellatur 2darium, quia attributa sunt perfectiones 2dariae. Et quod hoc praedicatum reperiatur in attributis facile ostenditur, quia attributa etiam intra propriam lineam sunt Ens excludens causam sui productivam, et consequenter sunt Ens a se. attributa quae includuntur in suo conceptu formalissimo, hoc Ens a se 2darium, non vero illud primarium ac proinde non convincitur includere in suo formalissimo conceptu divinam essam.

Quaestio 3a

Quomodo essa de attributis, attributa de essa, et unum attributum de alio praedicentur. Caput 1m

1a Conclusio stabilitur

quum iam sit ostensum attributa divina non pertinere ad metaphisicam essae divinae constitutionem, et in illius formalissimo conceptu non includi, neq. essam in formalissimo conceptu attributorum: et similiter ex dictis manifesto constat, non omne attributum in formalissimo conceptu alterius esse inclusum; restat pro complemento doctrinae discutiendum, quomodo attributa divina praedicentur de essa, et essa de attributis, et unum attributum de alio cuius difficultatis cognitio lucem praebebit ad ea omnia, quae iam in superioribus disputata sunt

Certum est copulam esse scare identitatem inter rectum praedicati, et rectum subti, quod quidem verum, non solum in propositionibus naturis

Sed etiam in propositionibus contingentibus. ut cernitur in hac propositione naria, hoc est Animal, in qua, rectum illius praedicati, habet identitatem realem cum recto subti illius, et in hac propositione contingenti, hoc est albus, in qua enuntiatur identitas habentis, quod ex parte praedicati importatur cum homine, qui ex parte subti affertur. Unde propositio affirmativa vera, neque enuntiat neque requirit identitatem obliqui, quod affertur ex parte praedicati cum recto, quod ~~affertur~~ affertur ex parte subti sed solum enuntiat, et requirit ad sui veritatem identitatem recti cum recto.

identitas quae debet intercedere inter subtum, et praedicatum potest esse praecise realis, quatenus extrema propositionis nullam inter se patiuntur distinctionem realem, licet patiantur distinctionem formalem, sive ex natura rei, et potest esse non solum realis, sed etiam formalis, quatenus extrema nullam patiuntur distinctionem realem, neque formalem. et potest esse identitas fralissima, quatenus extrema, neque realiter, neque fraliter, sive ex natura rei, neque distinctione rationis ratiocinata, distinguuntur. Haec enim sententia scoti admittentis distinctionem fralem sive ex natura rei, inter praedicata realiter identificata.

in sententia vero nostra, non admittente distinctionem formalem scoticam, sed identitas realis excludens distinctionem ~~sed~~ solum realem, et identitas virtualis, non solum excludens realem distinctionem, sed etiam virtualem capacitatem nimirum ad duo praedicata contradictoria, et identitas excludens omnem, et quamcunque distinctionem etiam ~~potest~~ post intellectus operationem. Unde in eo sensu, in quo propositio reddenda est vera debet dari identitas enuntiata per copulam est, si nimirum propositio reddenda sit vera, in sensu identico reali, et materiali,

debet dari et de sufficiens identitas realis, et materi
alis: si nimirum propositio reddenda sit vera in sensu virtuali,
debet dari non solum identitas realis, sed etiam virtualis;
si reddenda sit vera in sensu formalissimo, debet dari iden
titas illa formalissima, qua unum extremum neque per ra
tionem ratio cinatam distinguitur ab alio.

His expositis, dico 1°, essentiam
de attributis, attributa de essa, et unum attributum de alio posse
in abstracto praedicari in sensu reali identico, materiali, et
realiter, sive ex natura rei. Probatur conclusio, quia tunc
duo extrema possunt in abstracto ad invicem praedicari, in
sensu reali identico, et materiali, et formali, sive ex na
tura rei, quando datur identitas realis, et materialis, et
formalis sive ex natura rei inter utrumque; sed inter
essa, et attributa, et inter unum attributum et aliud datur
identitas realis, et materialis excludens omnem omnino
distinctionem realem, et identitas formalis, sive ex natura
rei, excludens omnino omnem distinctionem formalem, ante
opus intellectus, sive ex natura rei quam Scotus adin
venit: ergo possunt ea extrema ad invicem in abstracto
praedicari in sensu reali, identico, et materiali, et form
ali, sive ex natura rei.

Unde haec propositiones sunt
verae, essa divina sunt realiter, et formaliter omnipotentia;
sapientia, et volitio: et omnipotentia, sapientia, et volitio
sunt realiter, et formaliter essa divina: sapientia sunt re
aliter, et formaliter volitio; et vice versa, volitio
sunt realiter, et formaliter sapientia. Hanc veritatem ostendit
Augustinus de Trinitate capite 10° dicens, cui non est
aliud ~~vivere~~ vivere, et aliud esse, sed idem est esse, et vi
vere; cui non est aliud vivere, et aliud intelligere,
sed id, quod est intelligere, hoc vivere, hoc esse est
unum omnia. Et sanctus Anselmus in Prosologio cap.
18, dum ait: vita, sapientia, et reliqua ~~omnia~~
omnia

sunt unum, et unumquodque eorum est totum, quod est, et quod sunt reliqua omnia. Et omnia illa sanctorum patrum testimonia, quae videntur denotare essentiam divinam ex omnibus attributis esse metaphisice constituendam, aut illa claudere in suo fratrissimo conceptu solum intendunt hunc sensum realem, materialem, et identicum.

Caput 2.m

Aliae conclusiones statuuntur.

Dico 2.o posse praedicari in divinis concreta de abstractis in sensu materiali, et identico: probatur conclusio, eadem ratione ac praecedens. Concreta in divinis identificantur realiter, et formaliter ante opus intellectus cum abstractis: ergo possunt praedicari in sensu reali, et identico, et formali concreta de abstractis. Consequentia patet, quia quoties datur identitas realis, et formalis, potest unum praedicari de alio, ant probatur in pluribus propositionibus, quae verissimae sunt, et ab Ecclesia communiter repetuntur, et recipiuntur. Dicimus enim optime, deitas est una, sta, et iusta, dicimus etiam trinitas est summa, et sancta unitas, et similes alias propositiones cum veritate efformamus, quae non possint veritatem continere, nisi concreta identificentur in divinis realiter, et formaliter cum abstractis.

Dico 3.o bene etiam posse in divinis praedicari in sensu realis, et formalis identitatis abstracta, de concretis propter eandem realem, et formalem identitatem quam habent abstracta cum concretis; et hoc patet in pluribus propositionibus, quas passim in sacra scriptura legimus. Ego sum via, veritas, et vita, deus lux est, deus charitas est ubi abstracta illa via, veritas et vita lux, charitas de concreto praedicantur et idem facile erat comprobare in pluribus aliis propositionibus

quas nos possumus efformare, unde pulcre divus dionisius de Celesti Hierarchia Cap. 4° dixit pulcrum, et pulchritudo in suprema Causa distinguenda non sunt: omitto alia testimonia, nobis eandem veritatem ostendentia.

neq. attributa de essa, neq. unum attributum de alio posse in abstracto praedicari in sensu formalissimo, et penes nostros conceptus. probatur conclusio, quia ubi non datur identitas inter subtum, et praedicatum, non potest dari vera praedicatio; sed inter essam, et attributa, et inter unum attributum, et aliud non datur identitas in sensu formalissimo, et penes nostros conceptus formales, quia neq. essa de attributis; neq. attributa de essa, neq. unum attributum de alio possunt in abstracto praedicari in sensu formalissimo, et penes nostros conceptus formales; maior certa et minor ex iam dictis sufficienter constat; asseruimus enim aliud esse essam, et aliud attributa, et essam non includere in suo formalissimo conceptu attributa, neq. attributa essam; et asseruimus aliud esse unum attributum, et aliud esse aliud attributum, et unum non includi in formalissimo conceptu alterius.

Unde hae propositiones sunt falsae in sensu formalissimo, et per intellectum nostrum cum fundamento in re praescindente, et distinguente, essa divina et formalissime intellectio, volitio, omnipotentia, aeternitas, et alia attributa, quia essa divina in suo formalissimo conceptu omnia haec excludit, et vice versa, intellectio, et reliqua attributa sunt formalissime essa divina; quia sicut essa in suo formalissimo conceptu excludit attributa, ita attributa in suo formalissimo conceptu excludunt essam; et similiter hae propositiones sunt falsae intellectio et formalissime volitio, et volitio et formalissime intellectio quia intellectio in suo formalissimo conceptu

excludit volitionem, et volitio in suo formalissimo conceptu excludit intellectionem; et ea ratione, qua unum excludit aliud non est aliud, et consequenter non potest de alio praedicari.

Et haec doctrina maiorem locum habebit inter ea praedicata, inter quae versatur distinctio realis virtualis, unde si inter intellectionem, et volitionem versatur eiusmodi distinctio, non solum non poterit in sensu formalissimo intellectio praedicari de volitione, et e contra, sed etiam in sensu virtuali, nam ea ratione, qua unum non est aliud, non potest praedicari de alio, ut iam diximus. si ergo inter intellectionem, et volitionem versatur distinctio virtualis, intellectio non solum in sensu formalissimo, sed etiam in sensu virtuali, non erit volitio, et consequenter, neque in sensu formalissimo, neque in sensu virtuali poterit praedicari de volitione.

Cum quo stat, quod quamvis sapientia, iustitia, et alia similia praedicata attributalia in sensu formalissimo non enuntiantur cum veritate de essa, aut tamen posse cum veritate dici, et enuntiari deitatem, sive divinam essam esse sapientem, iustam, et caetera etiam in sensu formalissimo. ratio est, quia per has propositiones solum significamus dari in deitate, sive in essa divina, quendam conceptum formalissime pertinentem ad ipsius essae constitutionem, quin reddatur sapiens per sapientiam accidentalem, et iustus per accidentalem iustitiam, sed revera in deo datur talis conceptus, quod satis a nobis probatum est, quando docuimus deitatem, sive divinam essam per radicem attributorum constituendam esse: quae similes propositiones cum veritate possunt efformari.

Ubi notanda sunt duo. 1.m est. quod quando dicimus, essa divina est sapiens, sancta, et iusta, non affirmamus dari formalissimam identitatem, inter sapientiam, iustitiam, et sanctitatem, et divinam essam, quia haec non datur, sed solum inter rectum praedicati.

et rectū subti, et hoc nō potest obstare veritati illarū propo
sitionū, nā sicut cū veritate dicitur, quod Petrus sit iustus
quamvis iusticia neq. realiter cū Petro identificetur
a fortiori, verū erit, essā divinā esse iustā, et sanctā, quā
vis iusticia, et sanctitas nō identificentur frālissime cū
divina essa, = 2m ꝯ, quod ad veritatē illarū propositio
nū requiritur, ne ex parte obti exprimatur aliquid ipsi
obto repugnans, ac si dicas, deitas ꝯ iusta, et sancta
per iusticiā, et sanctitatē, quae vera, et reali unione
uniatur cū deitate. tunc eū proculdubio propositiones
essent falsae, et quamvis haec ita sint, adhuc aliqua
attributa possunt enuntiari de alijs in sensu frālissimo =
ratio ꝯ, qa aliqdo, alia attributa sunt de conceptu fra
lissimo aliorū: qtur cū veritate de alijs possunt enuntiari
in sensu frālissimo.

Aut probatur in attributo authoritatis divinae
quae in suo frālissimo conceptu infallibilē dei cognitionē includit
qtur infallibilis dei cognitio, quae ꝯ attributū, includitur =
in frālissimo conceptu divinae authoritatis, quae similiter
etiā ꝯ attributū, consequtia probatur, nā qdqd includitur
in frālissimo conceptu alterius, potest de illo in sensu
frālissimo cū veritate praedicari; ideo eū animal in =
sensu frālissimo praedicatur de homine, qa in suo esse frāli
ssimo includit animal. hoc autē nō obstat doctrinae
iā statutae, qa in ea loquti fuimus solū de attributis
totalibus, sese ad invicē excludentibus

Disputatio 9a

an detur aliqua prioritas, et inaequalitas inter
attributa divina, circa prioritatē, nostrum
iudiciū exponitur Caput 1m

aliqua praemittuntur.

Certum 1° est perfectiones divinas nullam habere prioritatem, et posteri
oritatem realem temporis, quia haec prioritas et posterioritas realis
temporis petit distinctionem realem inter extrema, et quod unum
sit prius, et aliud tempore posterius: quum autem nulla detur
distinctio realis inter attributa divina, et unum non sit prius
et aliud tempore posterius, quia omnia sunt ab aeterno realiter
identificata cum divina substantia realiter simplicissima,
hinc est, quod attributa divina non possint habere priori
tatem, et posterioritatem realem temporis.

Certum 2° est, neque reperiri
posse inter divinas perfectiones ordinem aliquem prioritatis
causalitatis, et naturae. ratio est, quia haec prioritas, et posteri
oritas dari non potest, nisi inter illa quorum unum proprie
sit causa rei alterius, et consequenter, quod possit exercere
rei alterius veram, et propriam causalitatem, ut affirmant
omnes doctores; sed certum est nullam ex absolutis per
fectionibus posse exercere veram, ac propriam causalitatem
rei alterius: ergo nulla ex absolutis dei perfectionibus
potest esse prior ordine naturae, et causalitatis rei alterius.
et hoc adeo verum est, ut neque possimus mente nostra con
cipere cum fundamento in re, formam perfectionem absolutam exercere
veram, ac propriam causalitatem rei alterius.

Certum 3° mihi est, aliam
prioritatem, quae a Dialecticis appellatur prioritas in sub
sistendi consequentia, reperiri inter divinas perfectiones, quin
ex hoc aliquid in Deo inconveniens deducatur. ratio est,
quia bene valet a praedicatis differentialibus, et propriis
dei ad praedicata communia Deo, et Creaturis; a prae
dicatis autem communibus non est recta, et legitima argumen
tatio, ad praedicata propria, et differentialia, unde bene

est Intellectivum Comprehensivum omnium divina-
rum, et Creabilium perfectionum quatenus est substantia spi-
ritualis; non autem bene valet extra. Est substantia
spiritualis: quatenus est Intellectiva, Comprehensiva omni-
um divinarum, et Creabilium perfectionum; quodque animus
rationalis, et Angelus est substantia spiritualis, quin sit
Comprehensiva omnium divinarum, et Crebilium perfectionum.

et idem cernitur in pluribus
aliis argumentationibus, quae facilius Intellectui apparent;
bene enim valet, est Intellectivum, Infinitum; quatenus est intellectivum.
quum tamen non bene valeat est Intellectivum: quatenus Infinitum:
est Ens a se: quatenus est Ens; quum tamen non bene valeat est Ens:
quatenus a se; nam quum Intellectivum, et Ens reperiri possit,
quin sit infinitum, et a se, non eo ipso, quod sit Intellectivum, et
Ens, statim infertur, quod sit Infinitum, et a se. Hanc
autem velitatem, quae in rationibus Communibus invenitur, app-
ellant dialectici, prioritatem in subsistendi consequentia. et quum
in deo reperiatur, invenitur in divinis perfectionibus
prioritas in subsistendi consequentia.

alius quoque prioritatis, investiga-
tio est, praesentis Concertationis scopus, inquirimus quo an
divina attributa servent inter se aliquem prioritatis ordi-
nem, in existendo, non quidem reale, sed rationis cum fundamen-
to in re. nam sicut stante identitate reali inter attri-
buta, et omnes divinas perfectiones absolutas, et exclu-
sa distinctione reali, potest compati inter illas distinctio
rationis, ita dubitari potest, et exclusa prioritate reali
inter ~~absoluta~~ attributa et absoluta dei perfectiones
possit componi prioritas rationis cum fundamento in re
~~Cum~~ concepta in attributis, et perfectionibus dei

absolutis. Circa quam rem videndi sunt pater granadus, tomo 1o in 1a parte tractatu 2o, disputatione 9a; pater martinus peres disputatione 6a de deo ut trino, sectione ultima. pater alarcon tractatu 5o de trinitate, disputatione 2a, capite 16.

Caput 2m: nostra sententia.

asserendum iudico dari in deo fundamentum, ut intellectus concipiat plures divinas perfectiones absolutas, cum aliqua ordine prioritatis quoad existentiam, quam prioritatem cum fundamento concipiet non solum comparando essentiam cum attributis, sed etiam comparando aliqua attributa inter se. et quamvis de attributis ipsis inter se collatis specialiter sit disputatio instituta; prius loquemur de prioritate in existendo, quam essentia habet ad sua attributa; et deinde de prioritate, quam habent in existendo alia attributa, rum aliorum ut sic facilius intelligatur ordo prioritatis, quem servant inter se divinae perfectiones absolutae.

probatur dari in divinis prioritatem rationis in existendo, comparando essentiam cum attributis. non omnes perfectiones absolutae quae reperiuntur in deo pertinent ad metaphysicam essentiae constitutionem; aliquae enim habent rationem attributorum, ac quasi passionum rum aliarum, idque nimirum, quae sunt rationes formales denominandi; sed quae sunt attributa, et quasi passiones, et rationes denominandi supponunt necessario, quoad existentiam illas, quae sunt de constitutione essentiae: igitur perfectiones illae absolutae, quae pertinent ad essentiam, habent prioritatem aliquam rationis in existendo rum aliarum, quae sunt attributa, et passiones, aut quasi passiones.

Unde si comparemus

essa cum attributis datur eiusmodi prioritas in existendo; intellectivum eum prius existit nostro modo intelligendi, quam intellectio, et volitivum, quam volitio, et sic de aliis perfectionibus, quae se habent tanq. actus primus ru aliarum, quae se habent tanquam actus secundus, quum omnis actus primus nario supponatur ~~praeexistens~~ praeexistens ad actum 2m, et consequenter habeat aliquam prioritatem in existendo ru illius. at quum omnis essa supponatur nario praeexistens ad suas passiones, et proprietates, similiter de essa divina ru suorum attributorum iudicandum.

Confirmatur: sicut ex rebus creatis manuducimur ad investigandum essae divinae fratissimam constitutionem, et ex eo asserimus non omnia praedicata realiter identificata pertinere constitutive ad essam, sed alia esse essentialia, alia vero habere rationem attributorum, et proprietatum; ita ex creatis manuducemur ad concipiendam cum fundamento in re prioritatem in existendo inter praedicata, quae pertinent constitutive ad essam, et praedicata, quae sic non pertinent. nam quaecunq. praedicata, quae in creatis non pertinent constitutive ad essam, supponunt prius aliqua prioritate saltem rationis essam existentem: ergo praedicata illa divina, quae non pertinent constitutive ad essam, supponent prius ratione essam divinam existentem, atque adeo dabitur prioritas rationis in existendo inter essam divinam adaequate constitutam, et attributa divina.

Probatur deinde prioritas in existendo inter perfectiones absolutas, comparando unum attributum cum alio. quoties duo ita se habent, ut unum ita supponatur existens ad aliud sub aliqua ratione, et titulo, at hoc nullo modo ad illud praeexistens supponatur toties datur prioritas in existendo rationis cum fundamento in re. sed intellectio divina supponitur existens ad volitionem, et hoc nullo modo supponitur praeexistens ad intellectionem

quam inter Intellectionem, et volitionem, quae sunt attributa
Datur prioritas rationis in existendo cum fundamento in re.
maior est certa, et probatur minor: Intellectio ea ratione qua
proponit divinam essentiam. v. g. ut in illam tendat volitivum divi
num per infinitum amorem, concipitur a nobis, cum fundamento
sufficienti prius existens, quam amor eiusdem essentiae.

Nam sub ea ratione
qua proponit divinam essentiam, tanquam obiectum dignum infinito amore, est
conditio antecedens, ad eiusdem essentiae amorem, quum bene valeat
essentia divina amatur infinito amore, quia cognoscitur, ut ha
bens infinitam bonitatem, non autem extra cognoscitur, ut habens infi
nitam bonitatem, quia amatur infinito amore quasi amor infinitus
sit conditio antecedenter praerequisita ad intellectionem: quare
intellectio divina supponitur praeexistens ad volitionem, et volitio
nullo modo praesupponitur prius existens ad intellectionem
ac proinde dabitur prioritas rationis in existendo cum funda
mento in re, inter intellectionem et volitionem. quum ratio conditio
nis antecedentis ex parte actus primi praerequiratur, et per
quam aliquam prioritatem ad volitionem importet, quia actus primus
importat prioritatem ad actum 2m;

hoc nobis indicat communissimum
illud proloquium, nil volitum quin praecognitum, quod procul
dubio nos docet antecedentiam naturam intellectionis ad
volitionem, et si haec antecedentia est naturalis, ut virtus voli
tiva exerceatur aliqua prioritas inter actum intellectionis
et volitionis, debet exerceri, quodque per hanc antecedentiam,
nil aliud, quam prioritas intelligitur. Ex quibus concluditur
prioritatem rationis in existendo inter attributa divina, non esse
ex suo conceptu repugnantem, sed naturalem esse concedendam, ad
cuius probationem sufficiens est exemplum adductum in intellec
tione, et volitione. an autem inter alias perfectiones
exerceatur, et quaenam illae sint, longum esset re
censere

Pro quo Consulendi sunt Authores supra citati. =

Caput 3m

Objiciuntur aliqua

Primo Objicies: nullum praedicatum ponendum est in deo, quod re ipsa, non reperiatur in deo, sed haec prioritas divinarum perfectionum in existendo, non reperitur in ipso deo; ergo non est ponenda in deo. maior est certissima, alias cum fictione loqueremur de deo. mi: probatur: omnes divinae perfectiones sunt simul ab aeterno in ipso deo existentes; non ergo in ipso deo datur prioritas inter suas divinas perfectiones. Respondetur distinguendo ma: nullum praedicatum intrinsecum ponendum est intrinsece in ipso deo quod non reperiatur in deo formaliter concedo ma: nullum praedicatum extrinsecum ponendum est in deo, quod licet in eo non reperiatur formaliter reperiatur tamen fundamentaliter nego ma:

Explico distinctionem: denominationes extrinsecae cogniti provenientes a nostris cognitionibus non sunt ponendae formaliter in deo ante nostri intellectus operationem; debet tamen in deo poni fundamentum aliquod ad has denominationes extrinsecas. quum ergo prioritas nominis in existendo sit quaedam denominatio, proveniens, tanq. a forma, a nostris cognitionibus, non est ponenda formaliter in deo ante nostram cognitionem; nam quum prioritas nominis involvat distinctionem rationis, et distinctio rationis sit a nostra cognitione tanq. a forma, prioritas rationis non est formaliter in deo, hoc est, quoad formam huius denominationis, quae est cognitio nostri intellectus, et tamen in deo fundamentum, supra quod cadat nostra cognitio, tanq. forma huius denominationis

Objicies 2o: maior perfectio absolute concederetur deo, si omnes eius perfectiones non solum realiter, sed etiam per nostrum intellectum simul existerent, aut si una sub aliqua ratione, et titulo concipi posset, ut

prior alia, hæc vicissim sub alia ratione, et titulo concipiatur, ut illa prior, atq; adeo detur mutua prioritas in perfectionibus divinis; ergo omnes divinæ perfectiones, aut debent poni in deo, simul, etiam per nostrum intellectum existentes, aut debet poni in deo mutua prioritas in omnibus suis divinis perfectionibus. Probatur negdo ant.; nō enim maior perfectio proveniret deo ex simultanea existentia per nostrum intellectum divinarum perfectionum, aut ex mutua earundem prioritate.

ratio 2, quæ perfectiones, quæ modo dantur in deo, præbent fundamentum ad eiusmodi prioritatem, concipiendam, et sicut modo, deus 2 cum maiori perfectione possibili, et excogitabili, cum iis perfectionibus, quæ de facto dantur, ita 2 cum maiori perfectione possibili, et excogitabili cum hac prioritate divinarum perfectionum, et nō cum simultanea earundem existentia neq. ex mutua illa prioritate, maior in deo perfectio colligitur; hæc enim mutua prioritas communiter censetur contradictionem involvens, imo licet mutua prioritas nō esset impossibilis in deo, ea concedenda nō esset in omnibus perfectionibus quæ argumentum, quod capite præcedenti formavimus, quin cit, inter intellectionem, et volitionem, nō esse mutuam prioritatem concedendam.

obiicies 3: in qualibet perfectione divina datur exigentia cuiuslibet alterius. ergo in qualibet perfectione datur prioritas ra cuiuslibet alterius, et consequenter dabitur mutua prioritas. ant. probatur. quælibet enim perfectio divina petit identitatem cum quavis alia, et consequenter datur in qualibet exigentia cuiuslibet alterius. Hanc autem exigentiam esse prioritatem ostenditur, quod id, quod infert aliud, ea ratione, qua infert, 2 prius illo; ergo quum quælibet perfectio inferat aliam ea ratione, qua inferet, erit prior alia. unde

falsum est, intellectionem ita esse priorem volitione, ut sub nulla ratione volitio sit prior intellectione, quia quum volitio divina exigat intellectionem, infert illam, et ea ratione, qua infert, est illa prior.

Respondetur admittendo quamlibet perfectionem divinam habere connectionem, et exigentiam, et petere identitatem cum quavis alia, diverso tamen modo, nam illae perfectiones, quae priores dicuntur in existendo, habent connectionem, et exigentiam, et petunt identitatem cum aliis, a posteriori; contra vero illae perfectiones, quae sunt posteriores, habent connectionem et exigentiam, et petunt identitatem cum prioribus aliis a priori. et hoc in creatis videre est; ignis enim, et calor ut 8 habent vicissim connectionem, et dependentiam, quia ignis non potest existere sine tali calore, et talis calor non potest existere sine igne;

ex hoc tamen non infertur calorem, et ignem esse simul natura existentes, nam calor dependens est a substantia ignis, tanquam ab eo, quod prius supponitur existens, ut calor existat: ignis vero dependet a calore, non tanquam ab eo, quod prius supponendum est existens, sed tanquam ab eo, quod necessario inferendum est, ex indigentia, et natura ipsius ignis, et consequenter ignis a calore dependet a posteriori. ratione ergo huius connectionis, et exigentiae, quae datur in divinis perfectionibus, solum arguitur perfectiones, quae sunt priores, dependere ab aliis a posteriori, hoc est, tanquam ab aliquo, cum quo identificandae sunt in subsequenti signo rationis.

Hinc ad argumentum concesso ant. negda est consequentia. ad probationem dicimus exigentiam illam identitatis non arguere simultaneam, aut mutuam prioritatem in existendo, nam quamvis quaelibet perfectio divina ratione huius exigentiae inferat aliam, infert tamen aliam a posteriori, tanquam id, cum quo identificanda est, in subsequenti signo rationis, unde non omne, quod infert aliud, ea ratione, qua infert, statim est prius illo, in existendo, quum calor ut 8 inferat ignem, quin tamen sit prior igne, a quo

fuit productus. volitio ergo divina exigit quidem Intellectionem, et cum Ea connectitur, tanquam cum conditione praeexistente, extra vero Intellectio exigit volitionem, et cum Ea connectitur, tanquam cum connexa perfectione posteriori, cum qua, in subsequenti signo rationis est nario identificanda.

Quaestio 2a

An attributa divina sint inaequalia.

Caput 1m

aliquae notationes, et placita doctorum referuntur.

1 notandum est, non esse sermonem de aequalitate, aut inaequalitate reali. nam aequalitas aut inaequalitas realis, petunt realem distinctionem, sicut et similitudo, et dissimilitudo realis: quum autem inter attributa et essentiam, et attributa ipsa inter se collata, nulla detur distinctio realis, aut formalis ante opus Intellectus, non potest inquiri inter attributa, et essentiam, et attributa ipsa, inter se collata aequalitas, aut inaequalitas realis, aut formalis, ante opus Intellectus. unde observavit Rmus quidam attributa, nec debere dici realiter aequalia, nec realiter inaequalia, quia si cum proprietate tenendus sit hic loquendi modus, denotat realem distinctionem, aut formalem ante opus Intellectus: atque adeo, si proprie loquendum sit dici debere attributa divina non esse realiter inaequalia, quia hic loquendi modus non denotat distinctionem realem, aut formalem ante opus Intellectus.

2o notandum est, esse sermonem in praesenti, de aequalitate perfectionis, ita ut inquirendum sit, an unum attributum supposita distinctione rationis unius, et alterius habeat aequalitatem, aut inaequalitatem metaphisicam, perfectionis, comparatione alterius, et haec difficultas non solum habet locum comparando unum attributum cum alio, sed etiam comparando praedicata illa, quae per modum actus primi metaphisice constituunt essentiam divinam, cum perfectionibus illis, a quibus per modum actus 2i denominantur, et consequenter potest inquiri, et re ipsa inquirendum est, an non solum Intellectio

maiorē excellentiā perfectionis habeat, quā volitio, sed etiā, an intellectiuū sit magis perfectū, quā intellectio, et volitiuum, quā volitio.

3° notandū est quodlibet attributū (idē de quacis alia perfectione diuina) esse infinite perfectū in sua linea, quia quodlibet est ens a se connexū per identitatem cū quouis alio attributo diuino, et consequenter quodlibet est diuinū, et in sua linea infinite perfectum. Est ergo difficultas, an vnū posset excedi ab alio in excellentia perfectionis, quū ex vna parte videatur nō posse negari hac excellentia perfectionis, et ex alia videatur id esse contra rationē infiniti in perfectione, quia hoc in ratione talis constituitur per hoc, quod nō sustineat aliud magis perfectū supra se. = et ideo deus euadit in perfectione simpliciter infinitus, quia nō est, neq. esse potest etiā per nostrū intellectū aliud ens magis perfectū, quā deus.

4° notandū est, hic etiā esse sermonē de attributis negatiuis, si considerentur sdū rectū, et materiale, quod important, nō autem si considerentur sdū formale, quod dicunt attributa ergo negatiua important aliquid pro materiali, et aliquid pro formali: pro materiali afferunt entitatem illā, materialē, et positiuā, quae denominatur, et pro formali, negationē cadentē supra entitatē illā materialē, et positiuam. nō ergo comparamus perfectiones dei positiuas cū negationibus. Certissimū enim est quamlibet dei perfectionē positiuā esse meliorē, et excellentiorē quacūq. negatione: sed comparamus perfectiones positiuas cū perfectionibus positiuis, et indagamus, an detur inter illas inaequalitas perfectionis.

in hac ergo difficultate affirmat 1ª sententia, nullā omnino dari inaequalitatē inter essā et attributa, et inter vnū attributū, et aliud, ita pater Granadus 1ª parte tractatu 2°. disputatione 1ª. affert pro sua sententia hic Author subtilē Scotū in 1ª distinc: 8ª Quaest: 4ª. maiorē, et Okamū pater fassolus, como 1° in 1ª partem

Quæsti 4ª. arti: 2º. dubio 13º. nu: 100, Cardi de Lugo de mysterio Incarnationis, disp: 2a sectione 5ª. quamvis nu: 94º videatur, Eandem doctrinam temperare. Pater Præpositus 1ª pte Quæst 4ª. arti 3º. dubio 2º, nu: 14º. Eandem opinionem sequitur Theodorus Esmiching Tomo 1º de deo uno tractatu 2º, disp: 1ª de modis, et attributis divinis, Quæsti 2ª nu: 65º.

2a sententia docet inter essam, et attributa, et inter attributa ipsa inter se Coelata dari inæqlitatem perfectionis sdum conceptus virtuales, aut fratissime distinctos: illa pater Bernal, disp: 3ª de incarnatione sectione 1ª a nu: 13º. pater alarcon, 1ª pte tractu 5º de trinitate, disp: 2a. Capite 19º. nu: 4º. pater herisse tractu 2º de voluntate, disp: 15ª. Capite 2º. nu: 12º. et Capite 3º nu: 16: Salmanticenses tractatu 4º. de voluntate dei. disp 4ª. nu: 10. dubio 1º. et plures alij doctores. tum ex scriptoribus, tum ex Rebus qui sua scripta prælo non mandarunt; nos autem, ut quæstionis præcedentis methodum, in qua, prioritatem in existendo discussimus in præsenti servemus, prius comparabimus essam cum attributis, et deinde attributa inter se, ut prioritatem dignitatis, et perfectionis, quæ in divinis perfectionibus relucet, Clarius expendamus.

Caput 2ᵐ

Verior sententia Eligitur.

1ª Conclusio est, si comparemus divinam essam cum attributis maior excellentia perfectionis concedenda est essæ divinæ, quam attributis, probatur conclusio, a

Esse divina formaliter sumpta, et illa praedicata primaria continentia eminentissimo modo praedicata secundaria, et attributalia: nil deest nil deest nil deest.

Essa divina et illa praedicata primaria, quae continent eminentissimo modo praedicata secundaria, et attributalia et praedicata primaria quae continent eminentissimo modo praedicata secundaria, et attributalia sunt perfectiora praedicatis secundarijs, et attributalibus: ergo essa divina et perfectior praedicatis secundarijs, et attributalibus. Discursus ex doctrina, id in superioribus tradita et manifestum, continens eum modo eminentissimo aliquam aliam perfectionem perfectius et perfectione contenta. Probatur 2°.

Probatur 2°. Ex genere suo perfectior et linea essae, quam linea passionum, et proprietatum quod quidem experimur in qualibet substantia creata tum suarum passionum, et proprietatum; videmus enim substantiam aquae, et ignis nobiliorem esse calore, luce, siccitate, et frigiditate quae sunt passiones, et proprietates a substantijs aquae, et ignis dimanantes: ergo linea essae in divinis erit perfectior attributis. quae sunt passiones, et proprietates ab essa divina dimanantes; nam id, quod ex genere suo perfectius est, etiam in divinis perfectius est, nisi assignetur aliquod proprium praedicatum, ratione cuius excedat: atqui nullum assignatur in attributis comparatione essae ergo, et cae.

Unde perfectius est intellectivum, quam intellectio, volitivum, quam volitio, et sic quodlibet aliud praedicatum, quod a perfectione speciali secundaria sibi correspondenti denominatur, quae intellectivum

volitivum, et quodlibet aliud praedicatum, quod a perfectione 2daria speciali sibi correspondenti denominatur, et praedicatum primarium, continens eminentissimo modo perfectionem illam specialem 2dariam, sibi correspondentem, et praedicatum constituens formalissime divinam essentiam, quae ex collectione illorum praedicatorum adaequate resultat; neque invenitur aliquod praedicatum differentiale proprium intellectionis, volitionis, et aliorum similium attributorum, adaequans essentiae divinae perfectionem.

2a conclusio est: si comparemus unum attributum cum alio, potest inveniri maior excellentia perfectionis in uno, quam in alio, et consequenter possunt esse inaequalia in perfectione. Probatur conclusio 1o. intellectio ex suo conceptu formali excedit volitionem: quatenus si intellectio divina, et volitio divina taliter se habeant, ut in omnibus aliis sint aequales, volitio divina superbitur ab intellectione divina atqui intellectio divina, et volitio divina sunt in omnibus aliis aequales, nam sunt rationes formales denominandi radicem aliquam, quam praesupponunt, et tendunt in idem, prorsus obiectum intrinsecum, et connectuntur per identitatem, quam petunt cum omnibus aliis perfectionibus divinis: quatenus intellectio divina excedit volitionem secundum conceptum formalissimum, aut virtualem.

aut est expressa doctrina Aristotelis pluribus in locis, et praecipue in 1o Ethicorum, cap. 9o, et in 1o de Anima, capite 28o, et 1o politicorum cap. 3o et Sancti Thomae pluribus etiam in locis, et praecipue Quaestione 82a, 1ae partis articulo 3o. probatur tamen hoc fundamento: intellectio ex proprio conceptu supponitur ad volitionem, ut dirigat, et illuminet virtutem volitivam, in ordine ad actum volendi:

volitio autem non supponitur ad Intellectionem: ergo Intellectio
Ex proprio conceptu et volitione perfectior. Consequentia et Legitima,
nam illa directio atque gubernatio procul dubio importat maio
rem Excellentiam perfectionis cum illius quod dirigitur, et guber
natur. et idem Argumentum fieri potest in volitione, et Omni
potentia. volitio enim Ex genere suo maiorem dicit perfectionem
quam Omnipotentia, et consequenter inveniemus maiorem Excellentiam
perfectionis in uno attributo, quam in alio, si unum cum alio
Comparemus. probatur 2°, inter attributa divina inveniuntur plura,
quae sunt vitalia, ut Intellectio, et volitio et alia, quae non
sunt vitalia, ut omnipotentia, (si forte haec ab Intellectu, et
voluntate adaequate distinguitur) Immensitas, aeternitas, et alia hu
iusmodi; sed praedicata vitalia perfectiora sunt praedicatis non vi
talibus. ergo in Deo alia attributa sunt, aliis perfectiora.
maior est Certissima; alia enim attributa divina in formalissi
mo suo conceptu explicant vitalitatem; et quis enim dicat ~~in~~
Intellectionem, et volitionem non explicare excellentissimam
rationem vitalitatis, alia autem attributa nullam in suo formalissi
mo conceptu vitalitatem involvunt; quis enim dicat Immensitatem
et aeternitatem importare vitalitatem, minor etiam Certissima
est, quum nil frequentius apud omnes, quam quod melius, et
perfectius sit esse vivens, quam non vivens, probatur 3°,
probatur 3°. illa quae per
tinent ad Lineas inaequalis perfectionis sunt inaequalia
in perfectione, nisi differentia pertinentis ad Lineam imperfec
tiorem aequet differentiam pertinentis ad lineam perfectiorem,
ut sic compensetur excessus Lineae; sed attributa, et
essentia, et attributa ipsa inter se comparata pertinent
ad Lineas inaequalis perfectionis, et differentia pertinentis
ad Lineam imperfectiorem non aequat differentiam pertinentis ad

pertinentis ad lineam perfectiorem, ut sic compensetur excessus lineae: quae attributa, et essentia, et unum attributum cum alio comparatum sunt inaequalis perfectionis. minor probatur; et quidem quod lineae essentia, et attributorum sint inaequalis perfectionis iam est ex dictis manifestum; et quod differentia pertinentis ad lineam imperfectiorem non aequet differentiam pertinentis ad lineam perfectiorem patet, quia non est unde huiusmodi aequalitas proveniat; quae sicut essentia ex se perfectior est attributis, ita differentia illa peculiaris essentiae perfectior est illa peculiari differentia attributorum, et differentia peculiaris unius attributi perfectior est differentia peculiari alterius;

Caput 3.m

Aliqua obstacula removentur.

dices 1.o: Ex hac doctrina sequitur quamlibet divinam perfectionem non esse infinite perfectam: quae non est sustinenda. Ant. probatur: Eo ipso quod aliquid sit infinitum in perfectione non est nec esse potest aliud magis perfectum; sed quaelibet perfectio divina est infinita in perfectione: quae ultra illam non est, nec esse potest alia magis perfecta. maior constat, quia quamvis dari possit aliquid maius infinito quoad extensionem et numerum, repugnat tamen quod detur aliud perfectius infinito quoad perfectionem, et ratio est, quia infinitum quoad extensionem et numerum ex infinitis extensionibus partialibus, et numeris praecise coalescit: infinitum vero quoad perfectionem constituitur ex eo, quod non sit, neque esse possit aliud magis perfectum supra se, repugnat ergo perfectiones divinas esse infinitas in perfectione, et quod una sit alia perfectior.

Respondetur negando Ant., ~~tamen~~ ad probationem distinguenda est maior, eo ipso

quod aliquid sit infinitum in perfectione, non est neq.
esse potest aliud magis perfectum in ea ratione spe-
ciali, in qua ipsum infinitum est. Concedo ma: non est neq.
esse potest aliud magis perfectum in alia ratione spe-
ciali, in qua ipsum non est infinitum nego ma: Omni-
potentia, v.g., ut sit, attributum divinum in perfectione
simpliciter infinitum solum petit, quod non sit, neq. esse
possit alia omnipotentia perfectior, non vero petit
quod non sit, neq. esse possit aliud attributum alterius
Lineae magis perfectum. quia ergo omnes perfectiones
divinae sunt talis perfectionis, ut non possint habere
aliam eiusdem Lineae perfectiorem omnes sunt simp-
liciter infinitae in sua Linea, licet una posset
esse perfectior alia.

Et ut magis vis nostrae solutionis
inspiciatur retorqueo Argumentum in infinito, quod
sit tale 2m omnem omnino Lineam perfectionis, et in infi-
nito quod sit praecisse tale solum secundum aliquam Lin-
eam perfectionis, et sic Argumentor: Ea ipso
quod aliquid sit infinitum simpliciter in perfectione non
est, neq. esse potest ~~aliquid~~ magis perfectum aliud: sed
infinitum simpliciter in perfectione, in una solum
Linea est simpliciter infinitum in perfectione, saltem
in illa Linea: quatenus ultra infinitum simpliciter in perfectione
in una solum Linea non est, neq. esse potest aliud
infinitum magis perfectum. atqui hoc est falsum, qua

infinitū in omni linea perfectionis & magis perfectū, quā infinitū solū in una linea perfectionis. Cui Argumēto omnes debemus respondere esse contra rationē infiniti, quod excedatur ab alio eiusdē lineae, nō vero esse contra rationē infiniti, quod excedatur ab alio amplectente alias lineas perfectionis;

Dices 2°; res quae pertinent ad lineas diversas, nō possunt inter se comparationē subire; sed essa, et attributa, et unum attributū ru alterius pertinent ad lineas diversas: ergo nō potest essa cū attributis, et unū attributū cū alio comparari. Respondetur 1°, hoc argumentū nō convincere, quod intendit, nā plura praedicata reperiuntur in deo, quae pertinent ad eandē lineā, plures nimirū conceptus intellectionis, et plures conceptus volitionis; unde quāvis praedicata, quae pertinent ad lineas diversas, nō possint inter se comparari; praedicata tamē, quae pertinent ad eandē lineā, poterunt in comparationem venire;

Respondetur 2° negando ma:, cuius falsitatē ostendit divinarū personarū aequalitas. Personae enim divinae quamvis sint in diversis lineis, et pertineant ad diversos ordines possunt inter se ad quoad aequalitatē comparari; atque adeo licet essa, et attributa, et unū attributū ru alterius sint in diversis lineis, et pertineant ad diversos ordines inter se ~~possunt~~ poterunt quoad aequalitatē, aut inaequalitatē

perfectionis conferri. R.r 3.o neg.do absolute eandem materiam, q.a res pertinentes ad lineas diversas continentur sub eodem genere, quamvis remotissimo perfectionis, et consequenter, quamvis sub ea ratione, sub qua diversae sunt non possint in comparationem venire, possunt tamen venire sub eo genere, et ratione sub qua conveniunt, et non sunt diversae, atq. adeo possumus earum aequalitatem, aut inaequalitatem perfectionis investigare.

Dices 3.o essa est in attributis per identitatem realem, et attributa in essa, et unum attributum in alio, per eandem identitatem: ergo non potest concedi inaequalitas perfectionis. Respondetur distinguendo consequens: ergo non potest concedi inaequalitas realis perfectionis concedo consequentiam; non potest concedi inaequalitas perfectionis dum conceptus virtuales, aut formalissimos nego consequentiam, et quidem argumentum non est ad rem; nos enim in praesenti loquimur

nil deest, nil deest nil deest nil deest nil deest nil deest nil deest nil deest nil deest nil deest nil deest nil deest nil deest nil

et quidem Argumentum non est ad rem, nos enim in praesenti loqui-
mur de essa, et attributis, et de uno, et alio attributo secundum
conceptus virtuales, aut formalissimos; non vero loquimur secundum
realitatem, et entitatem, quam a parte rei habent. fatemur
omnia esse omnino aequalia, secundum realitatem, et entitatem, quam
a parte rei habent, non vero secundum conceptus virtuales, aut for-
malissimos.

Dices 4°. sequitur ex hac doctrina verbum divinum
ex vi suae processionis formalissima esse perfectius spiritu
sancto. nam illa persona ex vi suae processionis est perfectior
alia, quae ex vi suae processionis accipit nobiliorem
perfectionem, quam alia; sed verbum divinum ex vi formalissima
suae processionis accipit nobiliorem perfectionem, quam spiritus
sanctus, quodquidem verbum accipit intellectionem, et spiritus
sanctus volitionem, et intellectio et volitio sunt inaequalis
perfectionis ut a nobis est statutum: igitur persona verbi ex vi
suae processionis evadit perfectior, quam persona spiritus sancti.

Respondetur, quod dumodo
concedatur personas divinas entitative, et realiter, et prout
sunt a parte rei, nullam habere inaequalitatem, quod quidem nos
libentissime fatemur, nullum est inconveniens in asserendo eas
esse inaequales. si praecisse consideretur aliquis conceptus formalissi-
mus, ille vt, quem formalissime accipiunt ex vi formalissima
suae processionis. ad metiendam ergo divinarum perfectionum aequali-
tatem, aut inaequalitatem absolute illis competentem non est atten-
dendus praecisse unus, aut alius conceptus formalissimus, sed
attendenda sunt omnia praedicata, quae absolute illis
conveniunt; et cum ratione omnium praedicatorum sint aequales,
omnes personas divinas esse aequales fatendum est, et quidem
argumentum nil aliud intendit, quam quod nos concedimus.
intellectionem vt et volitionem, secundum conceptus formalissimos

esse inaequales.

Caput 4.m alia Impedimenta Auferuntur.

Dices 3.o relationes divinae Paternitatis, filiationis et spirationis passivae sunt aequalis perfectionis: quatenus et essentia cum attributis, et unum attributum cum alio comparatum sunt aequalis etiam perfectionis, consequentia patet, et videtur a paritate. nam non est maior ratio, quare una relatio comparata cum alia sit aequalis perfectionis cum alia, et unum praedicatum divinum comparatum cum alio, non sit etiam perfectionis aequalis cum illo. Ant. probatur, quia nisi illae divinae relationes, non habeant perfectionis aequalitatem, non poterit salvari divinarum personarum aequalitas: atqui defendenda et salvanda est divinarum personarum aequalitas iuxta fidem Catholicam, et iuxta illud divi Athanasij, tota tres personae, coaeternae sibi sunt, et coaequales; quatenus asserendum est divinas relationes habere perfectionis aequalitatem.

Respondetur concesso ant. negando consequentiam; nam relationes inter se comparatae habent quandam aequivalentiam, ratione cuius, sibi invicem aequivalent in perfectione, et ratione cuius tam perfecta evadit una relatio, ac alia, quamvis inter se dissimiles, et diversae sint; unde potentia generativa Patris compensatur per potiam passivam filij ut generetur, et potia spirativa Patris et filij compensatur per spirationem passivam; nil deest. ratio huius aequivalentiae, et compensationis quae in relationibus relucet, est ut salvetur aequalitas realis in perfectione divinarum relationum: quum autem ad salvandam aequalitatem realem perfectionis omnium perfectionum absolutarum non sit naria

Eiusmodi aequalentia realis, quum sufficientissima sit realis identitas, quam habent, non est ponenda Eiusmodi aequalentia sed virtualis, aut fralissimos conceptus in perfectionibus absolutis, sed secus autem in relationibus.

Dicas 6°. ideo iuxta nostram doctrinam essa sed metaphisicum, et fralissimum suum esse, est perfectior attributis, quia attributa continentur Eminenter in essa; sed filiatio continetur Eminenter in paternitate: ergo aut essa non est perfectior attributis, aut paternitas est perfectior filiatione, maior est nostra doctrina, et probatur minor; et quod quod filiatio continetur realiter in paternitate est certum, quum paternitas sit principium realiter productivum filiationis; et quod haec continentia sit Eminentialis facile probatur, quia perfectius est ex genere suo esse productivum, quam non productivum: atqui non obstante hac continentia paternitas est aeque perfecta ac filiatio: ergo non obstante continentia Eminentiali attributorum in essa, essa habebit aequalem perfectionem cum attributis.

Ergo tollendo omnem aequivocationem, quae ex Adverbio illo Eminenter potest in praesenti generari. Si per continentiam Eminentialem intelligatur talis continentia, ut nullo modo terminus contentus, quantumvis dissimilis, et diversus, aequet perfectionem radicis continentis, fatemur hoc modo attributa contineri in essa, et ideo essam esse attributis perfectiorem, sed fralissimos conceptus. Si per continentiam Eminentialem intelligatur continentia alicuius termini, qui licet omnino dissimilis, et diversus aequet perfectionem continentis, fatemur ita contineri filiationem in paternitate, tanquam in suo principio, et ideo filiationem esse tam perfectam, ac est paternitas. Unde est quod productivum in divinis, sit tam perfectum, ac non productivum, quia productivum divinum est ad terminum aequalis perfectionis;

Dicas 9°: duplex modus aequivalentiae in perfectione

+

inveniri potest, alius per praedicata aeque perfecta, realiter tamen distincta, qualis reperitur inter divinas relationes, ut iam dictum est, alius per identitatem realem, qualis invenitur inter praedicata Dei absoluta. et quidem si invenitur aequivalentia perfectionis inter praedicata realiter distincta divina, gratis omnino dicetur non impediri aequivalentiam perfectionis inter praedicata divina realiter identificata, quum potius iuvet ad eiusmodi aequivalentiam realis identitas, quam realis distinctio, quae identitas est maior coniunctio ad perfectionem alterius, quam distinctio realis, ut ex terminis ipsis est manifestum. Quatenus omnia praedicata absoluta sunt aequalis perfectionis etiam secundum formalissimos conceptus, quae etiam secundum hos, unus petit identitatem realem cum alio.

Dicetur hunc discursum, nil aliud probare, nisi aequivalentiam realem perfectionis, quam nos admittimus, quia sicut ratione realis identitatis omnia praedicata absoluta sunt unum, et idem, ita perfectio unius est perfectio alterius, quidquid sit, an eiusmodi realis identitas sit appellanda aequivalentia perfectionis an non, hoc mihi certum est, quodlibet praedicatum divinum esse realiter aequalis perfectionis cum alio praedicato divino, vel ratione identitatis realis, vel ratione mirabilis compensationis, et aequivalentiae; ~~quae~~ unde quum relationes non possint esse aequalis perfectionis ratione identitatis realis sunt aequalis perfectionis ratione huius compensationis, et aequivalentiae. hoc autem non probat aequalitatem perfectionis inter formalissimos conceptus; neque ex eo quod formalissimus unus conceptus petat identitatem realem cum alio, coniunctum, quod ille secundum quod talis est, sit aequalis perfectionis cum alio, sed ille secundum quod realiter est, identificatus cum alio.

Disputatio 8a

De attributis immensitatis, et aeternitatis

Quæstio 1ª de attributo Immensitatis.

Caput 1m.

Deum esse immensum statuitur.

Iam ad attributa aliqua in particulari contemplanda descendamus; et in primis de immensitate loquendum nobis est. hæc vox Immensum solet aliquando usurpari pro prædicato quodam transcendenti omnes perfectiones divinas, et sic significat idem quod Infinitum, quum igitur omnes perfectiones divinæ sint infinitæ etiam intra propriam lineam spectatæ omnes dicentur immensæ, hoc est illimitatæ, nullam in sua perfectione habentes limitationem in præsenti sumitur in alio sensu, quatenus nimirum significat aliquod prædicatum divinum a reliquis distinctum, ratione cuius Deus coexistit realiter omnibus locis existentibus, etiamsi hæc infinita forent; et ex hac immensitas, præsentia quædam localis infinita, nullis omnino terminis carcerata, et omnis prorsus spatio correspondens, et de hac, in præsenti disputatione instituimus.

Deum esse Immensum sub his expressis, et formalibus verbis Catholica fides docet, ita in Psalmo 100 et 38º si ascendero in cælum tu illic es, si descendero in infernum ades, et Baruc 3º Immensus est et non habet finem, et sic in aliis sacræ scripturæ locis, et definitur eadem veritas in Concilio Lateranensi sub his verbis: firmiter credimus, quod unus solus est, verus deus, æternus Immensus etcæ. et in symbolo Athanasii Immensus pater Immensus filius et Immensus spiritus sanctus, eandem veritatem frequentissime demonstrant sancti patres, dum asserunt Deum totum esse ubique.

et ita esse in diversis rebus, ut ab eis nec circumscribatur nec contineatur.

quia ergo Immensitas aliud distinctum significat, quam infinitas, licet verum sit, quod ex infinitate recte colligatur Immensitas, non importat eandem negationem immensitas, atque infinitas, nam infinitas affert negationem termini in perfectione, Immensitas vero negationem termini in praesenti aliter per infinitum declaratur excellentia omnis perfectionis, et per Immensitatem talis excellentia peculiaris, ratione cuius Deus, quatenus ex se, et eodem modo permanens possit esse intime praesens rebus omnibus, non solum existentibus, sed etiam possibilibus, etiamsi in infinitum in multitudine, et magnitudine augeantur iuxta illud Psalmi, 144. et magnitudinis eius non est finis.

hanc Immensitatem Deo competere demonstratur, 1°: Deus debet habere per suam substantiam omnem perfectionem simpliciter simplicem, quia in omni linea perfectionis, absolutae, et simpliciter infinitae perfectus est, sed praesentia in quolibet spatio, et perfectio simpliciter simplex: ergo Deus per suam substantiam, debet habere ~~substantiam~~ praesentiam in quolibet spatio. maior ex recta terminorum apprehensione innotescit. et ideo in ~~actibus~~ rebus ~~supernaturalibus~~ spiritualibus maiorem perfectionem agnoscimus, quam in rebus corporeis, et quantitativis, quia ex eo, quod sit aliqua perfectio alicubi esse

~~esse~~ res spirituales existit in loco, sine commensuratione quantitativa, hoc est existere in loco exhibendo totam suam substantiam toti spatio, et totam cuilibet parti spatij, et quo substantia spiritualis est perfectior, eo maiorem habet sphaeram in hac praesentialitate.

Unde praesentialitas in loco perfectio est, et maior perfectio, si eiusmodi praesentialitas sit sine commensuratione quantitativa partium ad partes loci, et maior perfectio, si haec praesentialitas sine commensuratione partium habeat maiorem, et longiorem sphaeram, in existendo, ut habet nobilior angelus comparatione inferioris, et consequenter existere in omnibus, et quibuscumque locis, et quantum est ex se esse praeparatus ad existendum in infinitis locis realibus erit perfectio simpliciter simplex, deo per suam substantiam necessario competens, atque adeo ex infinita perfectione dei colligitur recte eius praesentia in omni, et quocumque loco, absque commensuratione partium ad partes loci, nam deus est substantia spiritualis, et omnino indivisibilis, omnino expers cuiuscumque compositionis partium.

Probatur 2°, si poneretur deus affixus unico tantum loco, vel esset, quia deus non posset accipere alium locum, vel quia nollet occupare illum locum, si dicatur primum, poneretur in deo defectus potentiae sive capacitas ad occupandum alium locum distinctum,

Et hic defectus potentiae, et capacitatis arguit maximam imperfectionem in deo, quatenus etcae: si dicatur 2.m contra 8, quia deus non potest non occupare omnem locum, quod ratione alicuius praedicati intrinseci et determinatus ad ad occupandum omnem locum, si existat talis locus; et ratione praedicati immensitatis et determinatus, et quasi dispositus ad occupandum omnem locum si existat: quatenus ex suppositione quod detur talis locus, non potest non, deus occupare talem locum.

Confirmatur, ideo deus per scientiam visionis non potest non cognoscere obiectum, ex suppositione quod existat, quia datur in deo talis dispositio intrinseca, quae petat cognoscere obiectum per scientiam visionis ex suppositione, quod existat; et etiam datur in deo talis dispositio intrinseca, praedicatum nimirum immensitatis, ratione cuius petat existere in loco reali, ex suppositione quod existat. quatenus deus non potest non esse in loco reali, ex suppositione quod existat. Cum quo tamen stat, quod absolute sit liberum deo existere in loco reali, quia potest destruere omnem locum realem; ex suppositione tamen, quod existat locus realis, non est liberum deo existere in loco reali sicut absolute liberum est deo, cognoscere per scientiam visionis existentiam petri, quia potuit facere ne esset existentia petri, ex suppositione tamen existentiae petri, non est libera deo eiusmodi visio.

Caput 2m.

aliquae Obiectiones diluuntur.

ad declarandam magis Catholicam veritatem in Capite praecedenti ~~[illegible]~~ statutam, oportet satisfacere aliquibus obiectionibus, quae ab aliquo fieri possent. et 1o obijci potest: non requiritur ut Immensitas divina sit praedicatum divinum, et infinitum quod deus ratione illius existat, in omni, et quocunq. spatio, licet actualiter spatium existat; ergo non est fundamentum, ad asserendum deum esse correspondentem de facto, omni, et cuicunq. spatio. ant probatur in omnipotentia divina, nam ut haec sit simpliciter infinita, non requirit quod actualiter producat, omnem, et quemcunq. trum, quem producere potest. Consequentia ergo legitime infertur, a paritate, nam, sicut omnipotentia divina, est simpliciter infinita, licet non sit in actuali Exercitio producendi omnem et quemcunq. trum; ita Immensitas divina erit simpliciter infinita, licet non sit in actuali Exercitio correspondendi omni, et cuicunq. spatio.

Respondetur negando Ant. ad probationem assignamus claram disparitatem inter omnipotentiam et Immensitatem, et asserimus omnipotentiam esse simpliciter infinitam licet non sit in actuali Exercitio producendi Immensitatem vero non esse simpliciter infinitam, si non sit in actuali Exercitio, correspondendi omni, et cuicunq. spatio, quod detur ratio est quia omnipotentia non est ratio formalis producendi, sed solum virtus productiva: quum autem virtus pro

ductiva infinita, solum petat posse producere, po
terit stare virtus productiva infinita, quamvis actu
aliter non producat: Immensitas vero est ratio formalis
correspondendi omni, et cuicunque spatio, quod detur,
sive ipsa actualis praesentia, ad spacium, quatenus est ex
parte dei, unde implicat quod detur spatium, et
quod deus illi actualiter non correspondeat.

Instabis contra solutio
nem: adhuc non assignatur discrimen sufficiens, quare omni
potentia non sit ratio formalis producendi, et consequenter
possit stare eius infinitas, quamvis actualiter non
producat terminum producibilem, et immensitas sit abso
lute, et simpliciter ratio formalis actualiter correspondendi
cuicunque spatio sive ipsa praesentia actualis, quatenus est ex parte
dei, et consequenter non possit stare illius infinitas, nisi actuali
ter correspondeat omni, et cuicunque spatio quod detur. —
Respondetur omnipotentiam non esse rationem formalem producendi;
Immensitatem vero esse rationem formalem correspondendi omni —
et cuicunque spatio, ratio est, quia esse ratio formalis produc
endi non est intrinseca perfectio omnipotentiae, aut virtutis cu
iusvis productivae, sed potius est perfectio ipsius effectus
producendi proveniens ab actione extrinseca omnipotentiae
et virtuti cuivis productivae, et intrinseca effectui producto.

Praesentia vero actualis
sive spacio non est perfectio ipsius spacii, sed potius est
perfectio rei, quae in spacio locatur, et consequenter

ratio formalis correspondendi ad spaciu debet esse intrinseca deo, nō vero ratio formalis producendi intrinseca omnipotiae; unde fiet, quod posito spacio reali statim debeat deus illi correspondere, q.a in deo datur intrinseca determinatio, sive ratio formalis correspondendi illi ex suppositione quod detur; nō vero fiet, quod posito termino producibili statim debeat omnipotia producere illu, q.a in deo, nō datur intrinseca determinatio actualis, sive ratio formalis producendi terminu, etiamsi producibilis supponatur; atque adeo saluatur infinitas omnipotiae, etiamsi actualiter non producat terminu producibile, licet hic producibilis supponatur, nō vero saluatur infinitas immensitatis, si actualiter nō correspondeat spacio reali, si hoc existens supponatur.

Objici potest 2.o si deus identificaret secu rationē formalē correspondendi omni, et cuicunq. spacio, deus esset ab aeterno correspondens omni, et cuicunq. spacio; sed deus ab aeterno, nō est correspondens omni, et cuicunq. spacio, q.a nil datur ab aeterno extra deu, cui possit correspondere: ergo deus, nō identificat secu rationē formalē correspondendi omni et cuicunq. spacio: ma: probatur: implicat quod detur ratio formalis correspondendi, quin detur correspondencia actualis, sicut implicat quod detur, ratio formalis producendi, quin detur aliqd actualiter productu, et sicut implicat quod detur ratio formalis ubicandi, quin detur aliquid actualiter ubicatu: implicat ergo quod deus sit correspondentia actualis ad spaciu, et quod ab aeterno actualiter nō correspondeat

Respondetur. distingdo ma: deus esset ab aeterno correspondens cuicunq. spatio reali (si detur) concedo ma: (loquor de spacio reali nō de imaginario) deus esset ab aeterno correspondens cuicunq. spatio reali (si non detur) nego ma.

itaq. Contendimus deum habere formam quandam intrinsecam determinantem deum ad correspondendum spatio reali, quodcunq. detur, quam appellamus Immensitatem; hæc autem determinatio non exigit, quod ab æterno detur illud spacium, quare licet deus ab æterno habeat eiusmodi formam, non sequitur, quod ab æterno sit actualiter correspondens omni, et cuicunq. spacio reali. Unde fit, quod quamvis actio et ubicatio creata cum termino producto, et ~~creata~~ ubicato essentialiter connectantur, non sic Immensitas divina, quia hæc solum constituit deum potentem esse præsentem, quantum est ex parte ipsius dei

Obijci possunt 3° aliqua scripturæ testimonia in quibus specialis locus deo designatur, nam si deus per Immensitatem repleret omnem omnino locum, non potius unus, quam alius deo designaretur: atqui in scriptura specialis locus deo designatur: ergo deus per Immensitatem non replet omnem omnino locum, constat autem deo specialem locum designari ex Psalmo 100°: et 13° Cælum Cæli domino terram autem dedit filijs hominum: Item ex Psalmo 100°: et 22°. = ad te levavi oculos meos qui habitas in Cælis, et ex alijs similibus testimonijs, in quibus dei descensus et occupatio nostri loci videtur demonstrari, et consequenter deus per intrinsecum prædicatum non est determinatus ad occupandum omnem omnino locum. Respondetur designari specialem locum, in quo specialiter deus per operationes, et effectus quos ibi

producit, a nobis dignoscatur: nō q.a deus nō reple
at omnē omnino locū realē existentē, sed q.a in uno pro
ducit, mirabiliores effectus, quā in alio, per quos faci
lius in dei cognitionē deduci possimus. ~~quā~~ unde com
uniter distinguitur illa maior propositio, si deus repleret
omnē omnino locū, nō potius unus, quā alius illi de
signaretur, quoad se concedo ma: quoad nos nego ma:
hac ratione dicitur deus specialiter esse, in iustis per gra
tiā, et spiritualia dona; et a peccatoribus recedere et
longe abesse dicitur per negationē auxiliorū efficaciū, et permissionē lapsus in peccatū, et iuxta hanc
responsionē facile possunt explicari alia testimonia.

Caput 5.m

An ex operatione dei ubique recte eius immensitas colligatur;

Sanctus Thomas 1.a parte Quaestione 8.a articulo 1.o, et alijs
in locis dei immensitatē, et realē ipsius praesentiā, in rebus om
nibus inferet ex universali dei influxu, et actione, tū in fieri
tum in conseruari res omnes. nā omne agens debet esse coniunctū
passo, in quod operatur; sed deus est universale agens effi
ciens, et conseruans omnia, quae sunt: ergo est intime prae
sens rebus omnibus. hic est discursus diui thomae. maior ex
Arte 9.o phisicorū probatur, asserenti monens, et motū
debere esse simul. minor etiā constat, q.a deus, et imme
diate concurrit cū omnibus causis ejus ad omnes effectus earū,
et immediate illos conseruat. consequentia legitime infertur.
Angelicū praeceptorē sequuntur

plures Eius interpretes, et RR.ores Thomistae Communiter
Existimantes hanc esse argumentationem legitimam =
Deus ubique operatur: ergo ubique assistit per
praesentiam realem. Contrarium tamen docuit Scotus in 1m
distincti 39 Quaesti; unica, sentiens non recte inferri praesen
tiam Dei ubique, ex Eius ~~ubica~~ operatione ubique =
quem Scotistae sequuntur, videatur Theodorus Esmi
ching Tractatu 2o, disputatione 5a de Immensitate Dei Quaestio
1a; fundamentum 1m Scoti est; quia illud principium, quod
movens, et motus debeant esse simul non est ab Arte,
neque a priori, neque a posteriori sufficienti aliqua ratione
demonstratum.

fundamentum 2m est, quia quamvis Deus Eam
Conditionem esse naturam in agentibus finitae, et limitatae
virtutis; in Deo tamen, qui per infinitam omnipotentiam
suae virtutem operatur, non est naturam; nam sicut pro
venit ex limitatione virtutis, quod agens finitum
et limitatum operetur in sphaera finita, et limitata
et non ultra illam, ita necessitas praesentiae realis,
et coniunctionis cum passo ad operandum potest ex limi
tatione virtutis provenire; et consequenter, non
bene infertur ex eo quod Deus operetur in omnibus,
et quibuscunque rebus praesentia realis, et intima
in omnibus illis.

fundamentum 3m est, quia divina virtute
contingere potest, quod aliqua Causa creata operetur
in distans, ut Communiter docetur ab omnibus
Philosophis, et Theologis; ex quo sequitur evidenter, hanc
Conditionem non esse ita naturam ad operandum, ut sit

penitus implicatorium hoc dari sine illa: quia per infallibilem et omnino naturam consequentiam non infertur realis praesentia dei in omnibus, at quibuscunque rebus ex operatione dei in omnibus, at quocunque rebus, consequentia probatur, quia quod creatura potest facere obedientialiter, at elevata a deo potest deus per se ipsum immediate facere; sed creatura potest obedientialiter, at elevata a deo operari in distans: quia etc. Unde si per impossibile fingamus deum esse cum tota ea virtute infinita, quam de facto habet, at esse in unico tantum loco, nihilominus poterit in locis distantibus operari.

Haec sunt fundamenta Scoti, ad probandum non recte, at per infallibilem consequentiam deduci praesentiam divinam ex operatione dei in omnibus locis, quibus mirum est, quot solutiones exhibuerint Thomistae. Respondent aliqui ex dei operatione colligi hanc praesentiam, non ut cunque sed adiunctis circumstantiis, at conditionibus dei, nimirum quod agat tanquam primum principale, at perfectissimum agens. At Paulo aliter. Respondent alii doctores asserendo ex operatione dei sequi virtutem ipsius esse infinitam, atqui virtus infinita, eo ipso, quod sit talis, petit esse in loco, ubi operatur, propter intrinsecam sui perfectionem: quia ex operationibus dei, in omni, at quocunque loco, recte colligitur eius praesentia in omni, at quocunque loco; sed contra est, quia aliud est colligere dei praesentiam, in omni, at quocunque loco, ex infinitudine perfectionis, quae datur in deo, at aliud est colligere praesentiam dei, in omni at quocunque loco, ex eo praecisse, quod deus operetur in omni loco

fatemur ex infinitudine perfectionis, quae datur in Deo, recte colligi eius praesentiam in omni loco; negamus tamen eiusmodi praesentiam recte colligi ex eo praecisse, quod Deus operetur in omni loco. nam si per impossibile, Deus non corresponderet omni loco, et retineret totam suam virtutem productivam posset in quocumque loco producere, licet non esset praesens cuicumque loco. et quamvis huiusmodi hypothesis sit impossibilis, ea tamen conducit ad investigandum an operatio, quantum est ex vi operationis praecisse, dependeat essentialissime et formalissime a praesentia Dei, in quocumque loco.

2o respondent alii, inter quos est Caetanus, dupliciter agens posse esse coniunctum passo et immediatione virtutis, et immediatione suppositi. tunc agens est coniunctum passo immediatione virtutis, quando producendo aliquid in spatio intermedio producit alium effectum in distanti, ut videmus in sole, qui producendo lucem in aere, et calorem in spacio intermedio producit metallum in intimis terrae visceribus, ex quo fit, quod contingat intima terrae viscera immediatione virtutis, hoc est per virtutem a substantia solis in spacio intermedio diffusam. tunc agens est immediatum immediatione suppositi, et virtutis, quando non solum operatio diffusa est immediata passo, sed etiam ipsum principium, et suppositum producens. Deus ergo quum necessario agat immediatione suppositi, et virtutis, debet esse coniunctum localiter passo, in quod operatur.

Sed contra est, quia adhuc non ostendit

ditur ratio q^re semper, et in quocumq. Eventu, etiam attento obedientiali modo operandi, debeat Caa Creata aliquam virtutem et operationem difundere in medio, ut in loco distanti producat. Sic quatur potest Caa Creata producere effectum in distanti, quin in medio aliquid producat, cur Deus non poterit idem efficere. et sicut illa Caa esset principium operans Imediatione virtutis, et suppositi quatenus Imediate, et per virtutem propriam, produceret illum effectum; ita Deus esset principium Imediate producens Imediatione virtutis, et suppositi, quatenus esset Caa Imediata, et per virtutem propriam producens illum effectum, quamvis non esset praesentialiter iunctus cum passo, ubi operatur.

Caput 4^m

Resolvitur difficultas.

3° respondet pater Suarez tomo 1° in 3^a parte, disput. 31^a sectione 6^a, contactum Imediatum loci ad operandum requiri in agente principali, non vero in Instrumentali; unde fit, quod Deus possit elevare Creaturam ad operandum in loco distanti, quia Deus, qui concurrit, tanquam Caa principalis elevans, est in quocumq. loco; et consequenter non est bonum loc. argumentum, Creatura potest obedientialiter elevata operari in distans: quatur, et Deus id poterit; quia requiritur praesentia ad locum, ubi fit operatio, saltem in Caa principali. = Pro contra est quia si semel salvatur operatio Imediata Imediatione virtutis absque Imediatione locali, narium non est facere eam distinctionem inter Caa principalem et Instrumentalem, nam sicut Instrumentum Imediate agit, quin sit Imediate propinquum,

ita Caā principalis agere potest, quin sit Immediate propinqua, 4º respondet idē Suarez tomo 2º Metaphae disp: 30ª sectione 4ª Ex Creatione colligi Immediatam Dei praesentiā, quodque Deus solus, et per se solū Creare potest, sed contra 3º, quia adhuc nō videro quare Ex Creatione colligatur Immediata praesentia Dei in rebus, sed cū nulla repugnantia relucere videatur, in eo quod Deus solus et per se solū Creare possit effectū in distanti. Neque quoad hoc punctū maiorē sentio difficultatē, in actionibus Creativis, quā in generativis: et solū discrimen inter utramq. actionē esse potest, quod actio Creativa a Deo solo procedat, nō autē actio generativa; contendo tamē adhuc actionē Creativā potuisse a Deo fieri in distanti, si per Impossibile Deus posset esse distans.

5º respondet pater Granados Ex actione Creativa recte colligi Dei praesentiā in loco ubi operatur, nā Ex actione Creativa colligitur infinitas potentiae; Ex Infinitate potiae summa perfectio essae; Ex summa perfectione essae praesentialitas ad omnē omnino locū; atq. adeo per legitimas, et infallibiles consequentias Ex actione Creativa colligitur praesentialitas ad omnē omnino locū. Sed contra 3º quia Ex Creatione nō arguitur infinitas potiae, sed Ex sententia probabilis possibilē esse Creaturā, quae nō solū tanquā Caā Instrumentalis, sed tanquā Caā principalis possit Creare; unde sic hoc sententia probabilis est, nō recte arguitur Ex actione Creativa Infinitas potiae.

Contra 2º: Demus quod Ex Creatione arguatur

Infinitas potiæ; distingui tamen potest iuxta doctri
nam traditam illa propositio, Ex actione Creativa Colli
gitur infinitas potiæ in operando, concedo: Ex actione
Creativa Colligitur infinitas potiæ in præsentialitate
nego. itaq. aliud est virtutem divinam esse infinitam
in operando, hoc est, esse virtutem, quæ sine dependentia
ab alio possit infinitos effectus tam per Creationem, quam
per generationem simul, et successive producere; et aliud
est divinam virtutem esse infinitam non solum in operando,
sed etiam in præsentialitate. fatemur Ex Creatione recte
Colligi virtutem divinam esse infinitam in operando; negamus
tamen Ex Creatione recte Colligi virtutem divinam
esse infinitam in præsentialitate, nam quum hi duo conceptus
sint diversi, si fingamus per impossibile stare virtutem
infinitam in operando, quin correspondeat omni et cuicunq.
spacio, stabit tota virtus potens per Creationem produ
cere, quin esset immensa.

6° Respondent alii, modum operandi
dei esse perfectiorem quocunq. alio, qui possit excogitari,
perfectiorem autem operandi modum esse, si operetur in
præsens. quam si operetur in distans; at consequenter ex
operatione dei in quocunq. loco recte Colligitur præ
sentialitas dei ad omnem et quemcunq. locum; sed contra est,
quia non ostenditur operationem in præsentis esse perfectiorem
operatione in distanti: imo videtur arguere ma
iorem perfectionem, et independentiam in agente operatio
in distans, quam operatio in præsens, quæ hoc arguit
dependentiam a loco quoad operandum; illa vero om
nimodam independentiam, neq. Ex Causis Creatis peten
tibus

praesentiam locali ad operandum argumentari licet ad divinam omnipotentiam, quia causae creatae propter suam limitationem, et imperfectionem possunt habere eiusmodi dependentiam, secus autem omnipotentia divina, quae omnem perfectionem, et limitationem excludit.

Hijs pensatis asserendum Judico non recte, et per locum intrinsecum, et per immediatam et infallibilem consequentiam, et ex vi formali operationis in omni, et quocunque loco colligi, dei praesentialitatem, in omni, et quocunque loco = ratio est, quia divina omnipotentia debet a nobis poni perfectiori modo, quo possit excogitari: sed poneretur a nobis perfectiori modo, si poneretur independens a praesentialitate in loco, quam est ad operandum in eo loco, quatenus eo modo debet a nobis poni; maior est certissima, et probatur minor, quia perfectior proculdubio poneretur, et excogitaretur omnipotentia, quae ad exercendam suam virtutem non indigeret praesentia locali, quam illa, quae non posset exercere suam virtutem, nisi dependenter a praesentia locali, ubi operatio ponenda est.

Hinc ad argumentum ex Angelico praeceptore desumptum, et capite 3° a nobis efformatum respondetur principium illud Aristotelicum habere locum in creatis propter imperfectionem, et limitationem agentium, quae habent virtutem, ita dependentem in operando, ut non possint producere operationem in distans, quin prius in praesens operentur: non autem in agente increato, et infinitae perfectionis in quo

in quo Eiusmodi alligatio, et dependentia nō ꝯponenda; et hæc doctrina Congruentissime Explicatur per propositionē illā Conditionalē, si remaneret in Deo virtus productiva huius termini, et per Impossibile auferetur præsentialitas dei ad spaciū in quo terminus ꝯ producendus, adhuc ille terminus sufficienter produceretur per illā virtutē, q̄ qtū ꝯ Ex vi productionis huius termini, attenta præcisse intrinseca indigentia illius productionis, nō petitur illa præsentialitas dei ad spaciū, ubi terminus ꝯ producendus.

Pater Arriaga nobiscū ꝯsentit in asserendo dei Imēnsitatē Ex operatione ipsius directe nō Colligi, sed tantū indirecte; proponit tamē quoddam argumentū, quo aliquis uti posset ꝯtra nostrā sententiā, et cui in præsenti, quatenus nobis nocere potest, satisfaciendū ꝯ. Deus nō solum producit res, sed etiā earū ubicationes: qtur rerum ubicationes Continentur in deo: atqui nō ꝯtinentur Eminenter sed formaliter: nā ille ꝯceptus, qui purā perfectionē, et nullā imperfectionē involuit, nō ꝯtinetur in deo Eminenter, sed formaliter: ut iā in superioribus ꝯ statutū; quū autē Existere hic, et illic, et in quocunq. alio loco sit pura perfectio nullā involuens imperfectionē deus Continebit formaliter ubicationē hic, et illic, et in quocunq. alio loco; qtur Ex Eo, quod deus possit producere ubicationes rerū hic, et illic, et in quocunq. loco, recte Colligitur Imēnsitas divina.

Respondetur rerum ubicationes in quocunq. loco contineri
et eminenter, et formaliter in deo; continentur forma
liter ~~continente~~ ratione immensitatis, nam ratione
illius habet deus ubicationem hic, et illic, et in quocunq.
loco, sicut res creata potest existere hic, et illic
et in quocunq. loco ad eum modum, quo deus dicitur
continere formaliter omnem eam perfectionem in qua for
maliter convenit cum creatura. Continentur eminenter
ubicationes creatae rerum in omnipotentia divina, qua
tenus haec per virtutem superioris ordinis potest eas
producere. Asserimus ergo, quod ex operatione dei hic
praecisse colligitur eminentialis continentia huius
ubicationis, non autem continentia formalis, quia licet
non esset formaliter hic, bene posset producere hic.

Quaestio 2a de attributo aeternitatis. Caput 1m aliqua explicantur.

Sicut per immensitatem deus correspondet spatio, ita per
attributum aeternitatis correspondet tempori, et sicut
per immensitatem nullis terminis in praesentialitate
concluditur ita per aeternitatem nullum terminum duratio
nis agnoscit. Aeternitas potest accipi, et complete, et
incomplete, si accipiatur incomplete, non ad omnem om
nino durationem extenditur, sed aliquem terminum dura
tionis secum componit: v. g. si concipias rem ab
aeterno duraturam usque ad instans praesens con
cipis rem illam habere tum suae durationis

et quod tandem tota illa duratio finienda sit in instanti praesenti.

Item si concipias entitatem hodie productam, et in aeternum duraturam, concipis entitatem habentem initium suae durationis licet non sit finem habitura in utroque casu non dum perfectam et completam aeternitatem concepisti quia in 1° casu entitas illa licet non habeat initium, est tamen habitura finem suae durationis, et in 2° casu, licet entitas illa habeat initium, non est tamen habitura finem suae durationis, aeternitas complete sumpta est, quae neque habet initium, neque finem suae durationis. v. g. si concipias entitatem ab aeterno durantem, et in aeternum duraturam completam, et integram aeternitatem concepisti, quia entitas illa nullum terminum, neque initium, neque finem suae durationis est habitura.

Celebris est pro aeternitate definitio Boetij libro 5°. de consolatione glossa 1ª. aeternitas est interminabilis vitae tota simul et perfecta possessio, cui non multum dissimilis est Anselmus in monologio cap. 24°. dum inquit: id aliud est vera aeternitas, quam interminabilis vita simul et perfecta tota existens. haec definitio explicanda est, quia ab scolasticis comuniter usurpatur quorum discordia melius explicatione videre est apud patrem Sesium de perfectionibus divinis libro 4° capite 1°, et patrem Fassolum 1ª parte Quaest. 10ª, articulo 1° in comentario. dicitur in primis possessio, hoc est, dominium, sive actualis habitio vitae per actualem

Existentiam Eius, dicitur possidere Ens, aliquid in aliqua duratione habere, ut constat ex apprehensione terminorum.

Hoc autem non intelligendum est, quasi possessio haec significet aliquam libertatem, seu potestatem non habendi rem, quae possidetur, quodque Deus non possidet cum hac libertate suum esse, nam esse divinum est omnino necessarium, et nullo modo dependens a libertate ipsius Dei; et Angelus ita possidet suum esse ut non penes Angelum, sed penes Deum sit huiusmodi libertas, et potestas; quare illa possessio ita intelligenda est, ut per suum esse intrinsecum res possideat suam entitatem ita quod nil expectetur extra, ut explicat Albertus apud Patrem Fassolum loco supra citato. Dicitur deinde perfecta, hoc est, ~~quod~~ totalis, et integra, ita ut nil restet successu temporis possidendum, sed de facto habeat et possideat quodque perfectionis successu temporis habere potest.

Praeterea dicitur tota simul, hoc est, non per partes quarum aliae nunc, aliae vero postea comparentur. et hanc particulam Deo convenire, ~~et~~ evidens ratio demonstrat, nam sicut immensitas est praedicatum Deo intrinsecum, et adaequate identificatum cum ipso Deo, ratione cuius habet Deus quantum est ex se, quodque narium est ad correspondendum omni, et cuicunque spacio, et quod omnino est independens ab spacio reali, ita aeternitas est praedicatum omnino Deo intrinsecum adaequate identificatum cum ipso Deo, ratione cuius Deus habet quodque narium est, quantum est ex se ad correspondendum tempori reali, et quod omnino est independens ab eodem tempore reali, ac proinde aeternitas tota simul est in Deo.

rursus dicitur interminabilis hoc est, quae non solum non habet
tum, sed neque habere possit, sive eam consideres a parte ante
sive eam consideres a parte post, nam aeternitas complete
sumpta, ut iam diximus, habet infinitudinem versus omnem
partem, et versus initium, et versus finem; postremo tandem
dicitur vitae. quid per hanc particulam intelligatur
satis ex toto tractatu, et ex tota Philosophia com
pertum est, et haec est definitio Boetii pro aeternitate
communis inter scolasticos maiori qua potuimus explicata
claritate a nobis, haec definitio non explicat aeter
nitatem communissime sumptam, et abstrahentem a creata
et increata. sed solum aeternitatem divinam, quae est vitae
perfectissimae interminabilis, tota simul et perfecta
possessio, et quamvis Deus potuerit producere substantiam
viventem ab aeterno durantem, et in aeternum duraturam eius
modi vita, non esset interminabilis, quoniam Deus pro suo
arbitrio posset intercidere durationem illius, ne repleret
totam aeternitatem a parte post, quare illa vita potius
diceretur interminata quam interminabilis, et consequenter
particula illa interminabilis posita in definitione Boetii
denotat eius modi definitionem solum pro divina aeternitate
explicanda esse consignatam, dubitas tamen, quomodo aeternitas
dicatur esse tota simul cum sit potius non simultatem
sed successionem importare videatur; respondeo duplicem
esse aeternitatem, aliam intrinsecam, et aliam extrinsecam;
aeternitas intrinseca est attributum quoddam et praedicatum
divinum penitus indivisibile necessitans Deum ad correspon
dendum omni tempori sive vero sive imaginario; et
haec nullam successionem importat, quia praedicata divina
nullam successionem admittunt, ac proinde recte

recte inquit Boetius hanc aeternitatem esse totam simul
alia et aeternitas extrinseca, nimirum tempus ipsum, verum
et reale, quod continuis mutationibus agitatur, vel
tempus imaginarium, quod ab aeterno fluxisse concipimus
haec non est indivisibilis, et tota simul, et de hac non
loquitur definitio Boetij.

Dubitas deinde quinam sit for
malis aeternitatis exceptus, respondeo varia esse circa
hoc Judicia 1° opinatur Capreolus esse mensuram
et asserit Pa. Hurtado fuisse Juvensem in assig
nandis mensuris 2° opinantur alij aeternitatem
includere aliquem respectum rationis, 3° opinantur
Scotus, Cajetanus et Pa. Suares aeternitatem in
trinsece compleri per negationem omnis termini
tam a parte ante quam a parte post. ~~ad~~ mihi
dicendum cum Hurtado Arriaga, et alijs esse for
maliter exceptum positivum, nam habere initium suae
existentiae potius dicit negationem existentiae in instanti
praecedenti: quod non habere initium est quid positi
vum, quia dicit semper extitisse: et similiter habere
finem est quid negativum, et non habere postea esse:
quod non habere finem est quid positivum, hoc est semper
esse extiturum. at exequitur non habere initium, neque finem
importat formaliter exceptum positivum.

Caput 2m

Deum esse aeternum probatur.

hanc veritatem ad Catholicam fidem pertinere est indubi
tatum. manifeste in sacra scriptura continetur
Isaiae 41. Deus sempiternus Dominus ad Romanos
16. Pro praeceptum aeterni Dei Psalmo 100 1. in

in generationem et generationem anni tui, et anni tui
non deficient. Ecclesiastici 18. qui vivit in aeternum
creavit omnia, et ex pluribus aliis testimoniis po-
terat eadem veritas ostendi, in quibus dei aeternitas
rigorose sumpta pro omni modo nobilissimum exis-
tendi indefectibilitatis, et immutabilitatis nobis con-
cedatur, idem definitur in Capite firmiter, et in
Symbolo Athanasii.

Divinam aeternitatem nobis frequen-
tissime praedicant sancti patres. Dionisius Capite
10 de divinis nominibus inquit. antiquus dierum
dicitur, quod omnium sit, et aeternitas, et tempus, quod-
que dies aeternitatem, atque tempus ante cesserit.
Augustinus in libro sententiarum sententia 3a. vera
aeternitas, et vera immutabilitas non est nisi in deitate
trinitatis, quae natura initio carens incremento non
indigens sicut nullum finem, ita nullam recipit mutabi-
litatem. Hieronimus in Epistola ad Damasum de verbo
Dei 7 postasis: Deus solus, qui est aeternus hoc est, quia
exordium non habet. Et fulgentius libro de fide capite
18. firmissime pene solum deum, verum, aeternum, et immu-
tabilem esse. Omitto alia.

ratione probatur 1. veritas sta-
tuta. Ente perfectissimo omnem includenti perfectionem,
et nullam involventi imperfectionem debet, evenire per-
fectissima duratio, quae possit excogitari iuxta suam
dignitatem et excellentiam, ut ex apprehensione trorum
est manifestum: atqui aeternitas complete sumpta, quae
nullum dicit exordium, neque finem est

perfectissima duratio, et conveniens Enti perfectissimo omnem includenti perfectionem et nullam involventi imperfectionem: quare Enti illi perfectissimo, haec perfectissima duratio re ipsa convenit, sed hoc Ens perfectissimum est Deus: quare Deo re ipsa convenit haec perfectissima duratio, quae est aeternitas. Confirmatur: duratio haec existentiae indeficienter perseverans est perfectio simpliciter simplex: quare debet reperiri in Deo in quo omnis perfectio supliciter simplex formaliter invenitur.

Probatur 2° Ex divina immutabilitate: nam Deus ratione suae immutabilitatis debet habere existentiam suam omnino perseverantem: sed si non haberet hoc praedicatum aeternitatis non haberet existentiam suam omnino perseverantem, nam aliquando posset non esse: quare Deus habet hoc praedicatum aeternitatis, et quod immutabilitas ~~petit~~ petit, quod Deus non possit deficere ab existentia quam habet, sive quod non possit mutari amittendo existentiam semel habitam; sed hoc nil aliud est, quam petere durationem aeternam, sive aeternitatem, quae non est aliud quam existentia omnino indeficiens et semper perseverans; quare et caetera non Ens inquit Augustinus Libro 4° de trinitate Capite 18 proprie vocatur aeternum quod aliqua ex parte mutatur.

Probatur 3° Ex ratione Entis a se nam eo ipso, quod aliquod Ens sit a se nario debet esse aeternum: quare Deo, qui est Ens a se nario convenit praedicatum aeternitatis. Ant. probatur: eo ipso, quod illud Ens sit a se, non habet causam, a qua producatur: sed eo ipso quod non habeat causam, a qua producatur, non est cur potius existeret in hoc instanti, et in hoc tempore, quam in alio, tam ascendendo ab ante quam descendendo versus aeternitatem a parte post quando quidem non potest determinari ad existendum a causa producente quia haec non datur

nec a tempore, in quo duratum est, quia hoc est pure Imaginarium, et non est aliquid verum, et reale; nec a se ipso, quia Ens non dum Existens quomodo potest determinare se ipsum ad Existendum: quare non est ratio, quare potius Existat in hoc tempore, quam in alio, et consequenter debet esse aeternum.

non obscure insinuavit hunc discursum divus Anselmus in Monologio Capite 24. ubi ita inquit: nam vel hoc solo veram aeternitatem soli inesse illi substantiae, quae sola non facta, sed factrix esse inventa est, apparente percipitur; quoniam vera aeternitas principijq. finisq. meta carere intelligitur quod nulli rerum creatarum convenire. Eo ipso quod de nihilo factae sunt convincitur. recolenda sunt quae diximus disputa. 1.a dum Ex Contingentia rerum aliquod principium a se aeternum, in Existendo, necessarium, et in producendo liberum colligebamus. et quia quum omnia Contingentia possint deficere, et possint in quocunq. Instanti et tempore reali, et Imaginario produci, praesupponendum est prius Existens aliquod principium, nullo modo contingens, sed omnino narium, et aeternum, a quo possint in quocunq. Instanti, et tempore reali, sive Imaginario produci.

hic advertendum est Coexistentiam dei cum tempore reali, includere aliquid deo ipsi intrinsecum, et aliquid Extrinsecum. ratio est, quia haec Coexistentia includit duplicem Entitatem, et Entitatem ipsius dei, et Entitatem temporis reali; sed Entitas temporis reali est aliquid Extrinsecum deo, et Entitas ipsius dei est aliquid intrinsecum ipsi deo:

quia haec Coexistentia includit aliquid intrinsecum, et aliquid extrinsecum ipsi Deo. Idem de Immensitate dicendum Coexistentiam nimirum cum rebus tanquam cum spacio reali includere aliquid extrinsecum, existentiam et rerum, et spatij illius realis.

Dubitabis 1° an Deus sit aeternus per formalitatem aliquam ab essa distinctam an vero solum per ipsam met essam divinam. Respondeo nos docuisse in Philosophia durationem esse accidens realiter distinctum a re duranti. Atque adeo in praesenti dicimus Deum esse aeternum, sive esse durantem per totam aeternitatem per formalitatem aliquam ab essa divina distinctam. Idem de Immensitate dicendum nimirum essam divinam esse praesentem locis realibus per formalitatem aliquam distinctione rationis ratiocinata ab eadem essa distincta, sicut res creata existit in hoc, et in illo loco per ubi realiter distinctum a re ubicata,

Dubitabis 2°. an singulis attributis correspondeant distinctae aeternitates, et Immensitates, vel an unica, et indivisibilis aeternitas, et Immensitas reddat essam, et omnes alias perfectiones divinas aeternas, et Immensas, haec difficultas communis de utriq. attributo aeternitatis, et Immensitatis, quae sicut inquiritur, an una indivisibilis aeternitas reddat omnes divinas perfectiones aeternas: ita similiter inquiri potest an pro essa et attributis multiplicentur Immensitates, quarum una reddat essam, et alia reliquas divinas perfectiones Immensas, et quum nos disputione quae multiplicaverimus in Deo tot existentias, quot sunt praedicata divina, multiplicare similiter debemus tot aeternitates, et Immensitates quot sunt praedicata divina,

et sequitur alia erit Immensitas, et aeternitas essae, et
aliae erunt Immensitates, et aeternitates attributorum.
Ergo essae, et sin
gulis attributis correspondere diversas aeternitates, et
Immensitates, sicut diversis partibus, et accidentibus
Compositi Phisici correspondent specialia ubi, et
durationes: omnes tamen illae aeternitates, et Immensi
tates sunt inadaequatae, et partiales componentes unam
totalem, et adaequatam aeternitatem, et Immensitatem sicut sin
gulae divinae perfectiones essentiales, et attributales sunt
partiales, incompletae, et inadaequatae componentes unam
totalem, et integram Dei Entitatem undequaque completam,
et haec est differentia, quae datur inter praedictas aeternitates
et Immensitates, quod aeternitas, et Immensitas essae, immediate
afficiat, et denominet essam: reliquae vero immediate
afficiant et denominent attributa, et mediate essam,
et sint quasi attributa attributorum, et sequitur possunt
vocari aeternitates, et Immensitates Idariae.
neque obstat si dicas, quod
in symbolo Athanasii dicatur non esse tres aeternos, nec
3 Immensos, sed unum aeternum, et unum Immensum, nam ibi
solum sermo est de Immenso, et aeterno absoluto, Infi
nite perfecto, et undequaque completo, cuius aeterni
tas, et Immensitas est una realiter ut nos libentissime
fatemur cum quo bene componitur, quod eiusmodi aeter
nitas, et Immensitas sit extrinsece divisibilis per nostrum
Intellectum pro divisibilitate extrinseca divinarum perfec
tionum partialium, sicut in eodem symbolo dicitur, non esse
nisi unicum increatum, quum tamen quodlibet attri
butum sit increatum, et divinum, et quodlibet sit
Ens a se

q^a ibi solu^m sermo d^e de increato undequaque integro, et completo.

Dubitabis 3° an divina aeternitas, et Immensitas afficiens essa^m, et attributa sit aliq^m divisibilis in plures exceptus partiales, et inadaequatos quorum unus reddat suam perfectionem correspondentem huic tempori, et loco determinato, et aliud reddat suam perfectionem correspondentem alteri tempori, et loco determinato. Respondetur affirmative, q^a quod deus correspondeat huic tempori, et loco determinato non d^e formaliter, quod correspondeat alteri tempori et loco determinato, sicut quod deus cognoscat hanc veritatem determinatam formaliter non d^e quod cognoscat aliam veritatem determinatam, ergo divina aeternitas, et Immensitas divisibilis d^e in plures exceptus partiales, q^a quoties ratio formalis Divinae, non d^e ratio formalis alterius, potest dari divisibilitas extrinseca per nostrum intellectum inadaequate excipientem.

Et hic tandem Auditores finem nostris disputationibus de divina substantia, et Eius attributis imponamus in quibus divini solis radios per speculum, et in Enigmate

sumus contemplati: Utinam nobis facie ad faciem, et in conniventibus oculis post terminatum vitae curriculum liceat intueri. Cedant huc usq. dicta, in laudem omnipotentis Dei, et Beatae Virginis Mariae absque primaeva labe conceptae. In pervigilio sanctorum apostolorum Petri, et Pauli die 29 Junij anni a salute restituta 1661, finem imposuimus huic celeberrimae attributorum materiae, nobis fideliter lectae a Rdo ad modum Patre, Patre Didaco Peres Vespertinae Cathedrae divi Hermenegildi, Regij, et Martinij, Collegij, meritissimo Lectorij.

13 [illegible] de
attributis